Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Viro Spectatissimo.
D. Cornelio Witsen
IC., Scabino.
autor
J. Cortinus IC.
~~dd~~
dd. KW

~~Elzevier.~~ 235
~~A 93~~ C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3



Amſterodami,
Apud Ludovicum Elzevirium.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

JOAN. ARN. CORVINI JC.

JURISPRUDENTIA ROMANA,

CL. JC. HERMANNI VULTEII, CONTRACTA:

Publico donata ſtudio & opera

ARN. JOH. FIL. CORVINI, J. U. D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

DOCTISS. ET VTRIVSQVE IVRIS
Peritiſſimo Iuveni,

D. JACOBO WUYTJERS,
Amico ſummo

ARN. JOH. FIL. CORV. J. U. D.
S. P. D.

AMicitia hactenus inter nos culta jam diu à me publicum expetiit teſtimonium. Illud per hoc munuſculum do. Opus eſt à Parente in ſtudii juridici initiis ſibi concinnatum: deinde pro derelicto habitum. Id nunc, eo permittente, publici juris facio. Ad hoc impulſus partim ſuaſu tuo, & aliorum quibus quid negare mihi religio; partim ipſius operis utilitate. Quippe eo Clariſſimus Juriſconſultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Hermannus Vultejus augu-
ſtiſſimam Juris Romani ſcien-
tiam complexus, in artem re-
degit. Quam feliciter, toties
iterata editio docuit. Nec il-
lud ex hac contradictione in-
gratum fore confido. Quip-
pe nihil in Academiis ſudanti-
bus utilius, quam vaſtarum
artium contrahi præcepta. E-
quidem mirum quantum id
conferat ad ſtudiorum com-
pendium. Hoc opuſculum tuo
nomini inſcribere volui; non
tam quod dignum eſſet; quàm
quod aliud in præſens non ha-
berem. Nec diſpliceat contra-
ctionem eſſe Parentis, eam me
tantum recognoviſſe, leges
adjeciſſe, textuique mutato
charactere inſeruiſſe. Nempe
rogo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

rogo ne hoc munus ex qualitate æſtimes, ſed ex mittentis intentione. Equidem ſic amici munera amicorum probare ſolent. Scis quanti te, cum ob ſingularem animi candorem, tum juris ſcientiam, faciam & amem. Nec ipſe ignoro quantum tibi, quod me amicitia tua dignum judicaſti, debeam. Quare omninò volo quis meus erga te ſit amor, quæ affectio, publicè hoc facto conſtare. Quod conſecutus, aliquam me tibi gratiam non retribuiſſe, at habuiſſe arbitrabor. Vale Amſtelodami XV Calendas Octobris, Anno cIↃ IↃC XLIII.

CAPITA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPITA
JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ CONTRACTÆ.

Iuxta ordinem Alphabeticum indicata;

Prior numerus librum, poſterior caput ſignificat.

A.

De acquiſitione capitis, ejuſdemque diminutione 1.9
Adoptionibus 1.22
Acceptilatione 1.55
Acceſſionibus rerum 1.64
Acquirendi dominii cauſſis 1.69
Actionibus communia 2.4
Actionibus præjudicialibus 2.5

C.

Capitis diminutione 1.59
Civili rei vindicatione 2.22
Citatione 2.28
Conventione 1.27
Contractibus 1.30
Commodato 1.32
Contractu literarum 1.40
Contractibus innominatis 1.41
Contractibus impropriis 1.42
Contractibus mediatis 1.43
Contractuum adjunctis 1.44
Communibus delictis 1.49
Confuſione 1.57
Compenſatione 1.58
Con-

Condictionibus in genere 2.6
Condictionibus ex obligatione conventionis proficiſcentibus 2.7
Condictionibus quæ ſunt ex contractu re inito 2.8
Condictionibus quæ ſunt ex contractu conſenſu inito 2.9
Condictionibus quæ ſunt ex ſtipulatione 2.10
Condictione quæ eſt ex literarum obligatione 2.11
Condictione ex contractu innominato 2.12
Condictionibus ex contractibus impropriis 2.13
Condictionibus, quæ oriuntur ex contractibus mediatis 2.14
Condictionibus prætoriis ex obligatione prætoria, hoc eſt, æquitate magis, quam obligatione datis 2.15
Condictionibus quæ ſunt ex contractuum adjunctis 2.16
Condictionibus ex Lege 2.17
Condictionibus extraordinariis 2.18
Condictionibus ex delictis 2.19
Condictionibus ex delictis impropriis 2.29

D.

DOte & donatione propter nuptias 1.20
Diſſolutione patriæ poteſtatis 1.24
Depoſito 1.33
Delictis in genere 1.45
Delictis circa cauſſas publicas divinas 1.46
Delictis circa cauſſas publicas profanas 1.47
Delictis circa perſonas privatas commiſſis 1.48
Delictis innominatis 1.50
Communibus 1.49
Delictis impropriis 1.51
Dominio ejuſque diſtributione 1.68
Dominii amiſſione 1.78

E.

EMptione venditione 1.35

Exceptio-

Exceptionibus 2.24
Extraordinariis judiciis 2.34

F.

FActo 1.7
Facti quæſtione 2.2

H.

HOmine relatè conſiderato 1.10
His quæ fiunt in judicio ipſo 2.31
His quæ fiunt poſt judicium 2.32

I.

JUriſprudentiæ Romanæ definitio & fontes 1.1
De Iuriſprudentiæ diſtributione, & de homine abſolutè conſiderato 1.4
Iuriſdictione non propria 1.14
Iure accreſcendi 1.77
Iudicio ejuſque perſonis 2.1
Interdictis 2.21
Iudiciorum diſtributione ſecundum ſpecies 2.25
Incidentibus præparatoriorum judicii 2.30
Impugnatione ſententia lata 2.33

L.

LEge 1.2
Legitimatione 1.23
Locatione conductione 1.36
Libello 2.29

M.

MAndato 1.38
Magiſtratibus 1.13
Moribus 1.3
Mutuo 1.31
Modis obligationum diſſolvendarum communibus quæ fiunt ope exceptionis 1.60
Modis diſſolvendarum obligationum ſpecialib. 1.61

Modis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Modis acquirendi dominii jure naturali ſive gentium 1,70

N.

NOvatione 1,56
Nuptiarum antecedentia 1,18
Nuptiis 1,19

O.

ORdinibus 1,6
Obligationis definitio & diſtributio 1,26
Obligationum diſſolutione generalia 1,52

P.

PErſonis 1,8
Poteſtate Eccleſiaſtica 1,11
Poteſtate politica, ubi de juriſdictione & de Principe 1,12
Poteſtate privata, & primum de poteſtate mariti in uxorem 1,16
Poteſtate patria 1,17
Pollicitatione 1,28
Pignore 1,34
Poſſeßione 1,67
Præſcriptionibus 1,71
Proceſſu judiciario novo, & primum de actionis editione 2,27

Q.

QVæſtione facti, ubi de probationibus 2,2
Quæſtione juris 2,3

R.

RErum diviſione 1,62
Rebus quæ nullius ſunt 1,65
Rebus quæ alicujus ſunt 1,66

Servi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

S.

SErvitutibus 1.63
Statu hominis ex Iure Gentium 1.5
Subditis;ubi ſimul de muneribus 1.15
Sponſaliorum vel matrimonii diſſolutione 1.21
Societate 1.37
Stipulatione 1.39
Solutionibus, & primum de his quæ tollunt obligationem contractus 1.53
Solutionibus quæ tollunt obligationem delicti 1.54
Succeßionibus in genere 1.72
Succeßione univerſali civili ex voluntate ultima 1.73
Succeßione univerſali legitima 1.74
Succeßione univerſali prætoria 1.75
Succeßione ſingulari 1.76

T.

TUtelis & curatelis 1.25

V.

VEſtigia ordinis judiciarii antiqui. 2.26

JOAN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

JOAN. ARN. CORVINI JC.
JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ CONTRACTÆ
LIB. I.
Qui eſt
DE JURE ABSOLUTO.
Iuriſprudentiæ Romanæ definitio & fontes.
CAPUT I.

IUriſprudentia eſt ars æqui: *l.* 1. *ff. de juſt. &. jur.* Romanis æqui à Romanis approbati. §. 2. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.*

Æquitas eſt duorum pluriumve, inter quos res aliqua eſt, proportio.

Sumitur ex Jure Naturali, vel Civili. §. *ult. Inſt. de Iuſt. & Iure.*

Jus Naturale eſt quod apud omnes populos peræquè cuſtoditur. *pr. Inſt. de Iure. N. G. & C. l.* 1. §. 3. *De I. & I.* Quod ſi ab ipſa ſit natura, Jus naturale in ſpecie *d. pr.* aliis Jus primævum: Si naturalis ratio conſtituit, Gentium Jus. §. 1. *Inſt. eod.* aliis ſecundarium dicitur.

Civile Jus eſt quod quæque civitas ſibi conſtituit. *l.* 7. *l.* 9. *ff. de Iuſt. & Iure.* magis verò ſpecialiter, quod à Romanis inventum & profectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De Lege.

CAPUT II.

JUs Romanum ita factum eſt *Lege*, aut *Moribus*.

Lex eſt ſanctio, & juſſum ejus qui juris condendi habet auctoritatem.

Ea eſt ſupremæ poteſtatis ex ſe ipſa, vel à ſupremâ inferioris.

Romæ ſumma poteſtas Regibus exactis primò univerſi populi fuit. *l.* 2. §. 3. *De orig. jur.*

A quo Jus ſancitum Lex erat (in ſpecie ſic dicta) ſenatorio Magiſtratu interrogante conſtituta. §. 4. *Inſt. de jur. N. G. & Civ.*

Deinde Principis, à quo Conſtitutiones. §. 6. *Inſt. eod.*

Quæ vel *Edicta* ſunt; citra determinationem perſonæ, aliuſve circumſtantiæ, proprio motu, ad utilitatem ſubditorum, facta. *Ita Theoph. in d.* §. 6. *Quorum exempla varia.*

Vel *Decreta*; facta ſub tali determinatione; quæ tamen in aliis conſimilibus valeat. *Quales ferè omnes Codicis conſtitutiones.*

Talia etiam ſunt Reſcripta ad Epiſtolas, pragmaticæ ſanctiones, *v. l ult.* §. 1. *C. de div. reſc. l.* 10. *C. de SS. Eccl.* & annotationes. *vid. l. quicquid C. de vectig. & comm.* aliaque.

Juris condendi poteſtas à populo univerſo olim conceſſa fuerat. 1 Senatui; unde *Senatuſconſultum.* §. 5. *Inſt. eod.* 2. Tribuno Plebis; unde *Plebiſcitum.* §. 4. *eod.* 3. Magiſtratui; In Urbe Prætori: §. 7. *eod.* unde *Prætorium*. Ædili; *d.* §. 7. unde *Ædilitium Ius*; utrumque *Honorarium* dictum. *d.* §. 7. In Provinciis Proconſuli, & Præſidi: Et tam ab his, quam ab illis jus conſtitutum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ſtitutum *Edictum* vocabatur; illud Urbicum, vel urbanum; hoc Provinciale.

Ab Imperatoribus conceſſa fuit. 1 *Præfectis prætorio*. A quibus conſtitutum jus formæ, & τύποι dicebantur. 2. *Iuriſconſultis*; à quibus *Reſponſa prudentum*. §. 8. *Inſt. eod.*

Lex omnis quidem autoritate publica eſt, ſed utilitate interdum etiam privata.

Hinc Jus aliud dicitur Publicum, quod ad publicam: aliud Privatum, quod ad privatam utilitatem præcipuè ſpectat. §. *ult. Inſt. de Iuſt. & Iure. l.* 1 §. 2. *D. eod.*

Juris publici ſunt, conſtitutio Sacrorum; legum deſcriptio: magiſtratuum creatio: deliberatio de rebus ad Rempublicam, pacem, bellum, pertinentibus: præmiorum & pænarum irrogatio: legum & exactionum executio. *d. l.* 1. §. 2. *Bodin. lib.* 1. *de Repub.* Cætera quæ in communi hominum ſocietate verſantur, privata ſunt.

Senſus legum non tam in earum verbis eſt, quam in mente & poteſtate. l. 17. *ff. de legib.*

De eâ cum dubitatur, interpretatio pertinet ad Imperatorem. l 11. *ff. l.* 9. *cum ll ſeqq. C. eod.*

Anima legis eſt vis ejus, ac mens in ratione poſita; ex qua per interpretationem, vel juriſdictionem ſuppletur, & extenditur ad caſus omiſſos. d. l. 10. *cum ll. ſeqq.*

Quæ contra juris rationem recipiuntur, ad conſequentias non ſunt producenda. l. 14. *ff. eod.*

Priores leges trahuntur ad poſteriores. l. 26. *ff. eod.*

Non facile mutanda ſunt, quæ ſemper interpretationem certam habuerunt. l. 23. *ff. eod.*

Nec quæ ſalubriter introducta ſunt, duriori interpretatione ad ſeveritatem producenda. l. 25. *ff. l.* 6. *C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Beneficium Imperatoris pleniſſimè interpretari debemus. l. pen. ff. de conſtit. princ.

De Moribus.

CAPUT III.

MOres, ſeu Conſuetudo ſunt, jus ſine ſanctione, tacito populi conſenſu genitum. §. 9. *Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Civ.*

Cuſtoditur pro lege. *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* ſi inveterata, diuturna, *l.* 33. *ff. eod.* longa. *in l.* 35. *ff. eod. & Rubr. c. quæ ſit longa conſuet.*

Nempe ſi ratio fuit aliqua ejus introducendæ, *d. l.* 35. ſi decennio præſcripta, tacito populi conſenſu approbata, actibus, minimum duobus, ſive judicialibus, ſive extrajudicialibus, confirmata.

Ex eâ & lex interpretanda. *l.* 37. 38. *ff. de legib.*

Olim ejus vis erat in cauſis de quibus ſcriptis legibus non utimur, hodie juri ſcripto etiam derogat. *d. l.* 32. *in pr. l.* 1. *pr. ff. de uſur.*

Iuriſprudentiæ deſcriptio, & de homine abſolutè conſiderato.

CAPUT IV.

JUriſprudentiæ partes duæ. 1. De jure abſoluto. 2. De relato.

Ius abſolutum eſt cujus cognitio aliud non præſupponit.

Agit autem & de *homine*, & de *rebus*.

De homine rurſus conſiderato, vel abſolutè, vel relatè.

Abſolutè conſideratur homo vel ſimpliciter, ut homo eſt, vel ut perſona eſt, h. e. vel ut habet caput naturale, vel ut habet caput civile.

Illo

Illo modo diſtinguitur *à ſexu, & adjunctis.*

A Sexu eſt vel mas vel fœmina, vel hermaphroditus. Qui æſtimatur pro ratione ſexus in eo prævalentis. *l.* 10. *De ſtat. hom.*

In utero exiſtens, quoties de commodo ejus quæritur, pro nato habetur. l. 7. l. 26. ff. eod.

Mas & fœmina ut plurimum eodem, interdum diverſo, & tum unus alio jure meliore vel deteriore utuntur. l. 9. ff. eod. Dec. in l. 2. De R. I.

Mas eſt vel perfectus, cui ad naturam nihil deeſt. Vel imperfectus; ſcil. caſtratus, vel ſpado. §. 9. *Inſt. de adopt.*

Ex *Adjunctis*, diſtinguitur vel *intrinſecis* vel *extrinſecis*.

Illo modò vel ex *Ætate*, vel *Valetudine*. *Ætate*, quæ vel minor, ad annum xxv. *l. ult. C. ſi major fact. rat. hab.* vel major. Minor vel *prima*; quæ pueritia dicitur, (*ujac. ad l. 2. D. qui petant tut.* in maribus ad xiv, in fœminis ad xii annum. §. 1. *Inſt. quib. mod. tut. fin.* In qua vel infans ad vii. *l. 1. §. 2. ff. de admin. tut. l. 18. C. de jur. delib.* vel infante major, ad xii fœmina, vel xiv annum mas dicitur. Item vel infanti, vel puberi dicitur propior. *Pet. Fab. ad l. 5. De R. I.* Illud fœmina ab anno vii. ad x, mas ad xii, utrumque completum. Hoc ab xi. fœmina, vel xiii, mas. *l. 111. ubi Ravard. De R. I. l. 14. ff. de SC. Syllan.* Vel *ſecunda*, & dicitur adoleſcentia, ſeu ætas pubes. *l. fin. §. 1. C. de bon. q. lib.* uſque ad annum xxv. Vel plena xviii. in mare, in fœmina xv. anno ineunte. §. 4. *Inſt. de adopt.* Vel non plena intra annum xiv. & xviii. ſeu xii. & xvtum.

Alimentis relictis ad pubertatem ex Conſtit. Adriani Imper. pubertas de plenâ intelligitur. l. 14. §. 1. ff. de aliment. legat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Major, ſeu robuſta, *l.* 15. §. 6. *ff. ad l. Iul. de adult.* legitima, *l.* 27. *ff. de negat. geſt.* juſta, *l.* 2. *De vacat. & excuſ. mun.* Eſt vel perfecta, quæ juventus, *l.* 69. *De legat.* 3. ab anno XXV. ad XLVI. vel profecta, quæ ſenectus, inde uſque ad mortem, dicitur. *Cujac. ad d.l.* 2.

Ex venia Principis maſculus major eſt anno XX. *fœmina* XVIII. *l.* 2. *C. de his qui ven. ætat.*

In nonnullis verò caſibus amplior, ſcil. XXX, XL, L, LX, *vel* LXX *annorum, deſideratur. Exempla in Nov.* 137. *c.* 2. *l.* 9. *C. de Epiſc. & Cler. l.* 35. *ff. de oper. libert. l.* 3. *De jur. immun. l.* 10. *C. de decurion.*

Ex *Valetudine*; eâque *animi*, vel *corporis*.

Non ſanus animo eſt & mente captus; iſque vel *demens*, qui errore mentis ductus, ea captus non uſquequaque: Vel *furioſus*, captus eâ ex omni parte cum rabie. Et *Prodigus*, cui bonorum adminiſtratione eſt interdictum *l.* 18 *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* vel aliàs bona inutiliter profundens. *l.* 1. *ff. de curat. furioſ.*

Corpore non ſanus eſt, qui morbo, vitiove corporis laborat; Vel ſontico qui hominem ad quamcunque rem, negotiumque ineptum reddit. *l.* 60. *ff. de re judic.* Vel non ſontico, ut muti, ſurdi, cæci; Eoque vel perpetuo, vel temporali. *l. un. C. qui morbo*.

De ſtatu hominis ex jure gentium.

CAPUT V.

EXtrinſecus accidit homini: I. *Status*, ſeu conditio qua vivit.

Qui vel ex Jure Gentium eſt, vel ex Jure Civili.

Ex Jure Gentium eſt *Libertatis*, vel *Servitutis* ſtatus. *l.* 23 *ff. de ſtat. hom.*

Libertas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Libertas eſt ſtatus hominis quo facultatem faciendi jure habet, quod velit. *l.4. ff. eod.*

Liberi ab initio omnes nati ſunt: *l.4. De Iuſt. & Iure.* Poſtquam Servitus genus humanum invaſit, quidem tales alii nati, ſed & alii facti ſunt. Illi ingenui, & per eminentiam liberi *d.l.* 4. dicti ſunt, nati ex libera aliquo, ſaltem tempore, dum in utero fuere *pr. Inſt. de ingen. l.5. §.2. De ſtat. hom.*

Quorum conditio omnium optima eſt, ut qui à nativitate Juris Romani communionem habent indiſtinctè.

Libertini verò dicti ſunt qui juſtâ manumiſſione liberi facti ſunt. *pr. Inſt. de libertin.*

Manumiſſio eſt datio libertatis. *d.l.4.*

Fit vel *à Lege*, vel *ab Homine*. *A lege* ſæpe invito domino: e. g. ſi ſervus reum criminis, *l.5. §. fin. De injur.* aut domini cædem indicaverit, *l. 3. §. 13. 14. ff. de SC. Sillan.* monetarios detulerit, *l.2. C. pro quib. cauſ ſervi pro præm. libert. acc.* raptorem virginis *l.3. C. eod.* deſertorem militiæ prodiderit, *l. 4. C. eod.* aut mulierem quæ cum ſervo rem habeat. *l. un. C. de mul. quæ ſe prop ſer junx.*

Ab homine puta domino facta non procedit, niſi lege approbante.

Lex enim Ælia Sentia, & Fuſia Caninia coërcebant vagam manumittendi licentiam. Utraque tamen poſtea ex parte, vel omninò, Imperatorum conſtitutionibus eſt derogatum.

Fit autem dominus manumiſſione patronus liberti.

Ius patronatus conſiſtit 1 *In operis*, tum fabrilibus, ab artificio liberti profectis, tum obſequialibus, ſeu obſequio & reverentia patrono debita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

debita. *l. 6. 9. & paßim ff. de oper. liber.* II. *In bonis*, h. e. ſucceſſione patroni, ejuſque liberorum in bona liberti. *t. t. C. de bon. libert. §. 3. Inſt. de ſucceß. libert.*

Fit manumiſſio *ab homine.* I. *Inter vivos*, Idq; ſive actu publico, & aut vindicta, ſeu impoſitione feſtucæ coram magiſtratu. *t. t. ff. de C. de man. vind.* Aut Cenſu, ſi in luſtrali cenſu juſſu dominorum ſervi inter cives Romanos cenſum profiteantur. *Vlp. in fragm. tit.* I. Aut in Eccleſiis, quoquo modo, populo teſte, & ſignatore Epiſcopo. *l. 2. C. comm. de manum. Dd. in §. multis Inſt. de libert.* Sive privato, inter amicos aut per epiſtolam. *d. § multis.* per adoptionem ſervi, aut filii nominationem. *§. fin. Inſt. de adopt.*

II. *Mortis cauſſa*, in teſtamento; vel codicillis teſtamento confirmatis; Idque directò, vel per fideicommiſſum. Vel alia quavis ultima voluntate, ſed per fideicommiſſum tantùm. *l. 43. ff. de manum. teſtam.*

Hinc libertas vel *directa* eſt; qua quis teſtatore defuncto, ſine ullo alterius hominis facto liber eſt; *l. 7. C. de teſtam. milit. §. Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ.* ſive purè, & protinùs à teſtatoris morte; ſive in diem, & ſub conditione, qui ſtatuliber dicitur. *Vlp. in fragm. tit.* 2. Uterque orcinus libertus dicitur. *Vlp. d. tit. 2. §. is qui directò. l. 30. §. quærendum. ff. de ſtatulib.* Vel *fideicommiſſaria*, quæ juſſu teſtatoris, fit, ab eo cujus fidei ſervi manumiſſio commiſſa. *l. 11. ff. de manum. teſtam.* Quam qui accipit fit libertus ejus à quo manumittitur. *Vlpian. in fragm. tit. 2. §. is qui directo.*

Quo moram faciente in manumittendo, Prætor, cauſsâ cognitâ, libertatem deberi pronuntiat

nuntiat, & liber eſſe juſſus ex eo fit libertus Orcinus.*per l.15.C.de fideicom.libertat.*

Fit autem mora minori ex die quo peti poteſt, majori ex die quo petita eſt manumiſſio. *l. 26. §.apparet ff.de fideicom.libert.*

Servus proprius utroque modo, alienus tantum per fideicommiſſum manumitti poteſt. *l.16.ff.eod.§.libertas. Inſt. de ſing.rev. per fideicom. relict.*

Olim libertus vel conſequebatur jura ingenuitatis, impetrato jure aureorum annulorum, *l.5.ff.de jure aur.annul.*vel ipſam ingenuitatem, natalium reſtitutione; quæ fiebat à Principe patrono jus ſuum remittente. *l.* 2. 3. 5.*ff.de natal.reſtit.*

Iuſtinianus voluit ut omnis manumiſſus eſſet ingenuus ſalvo jure patronatus; niſi id nominatim eſſet remiſſum.*Nov.78.c.* 1.2.

Et cum antea tria eſſent libertinorum genera, h.e. alii cives Romani, alii latini, alii dedititii, omnes cives Romanos eſſe voluit. *l. un. C. de dedit. libert. toll.l.un. C.de lat.libert. toll. & d. Nov.78.c.fin.*

E patria poteſtate emancipandus olim imaginariè manumittebatur deducto prius eo in ſtatum ſervilem.*l.3.De capit.minut.*

Natalibus non officit manumiſſio. *t. t. C. de ingen. manum.*

Libertas alia eſt *naturalis*, quæ omnibus omnino hominibus. *l.un. C.de S.Claud.toll.* alia *Civilis*, quæ jure Quiritium competit & Romana ac vera libertas dicitur, *l. un. §.ſimilius modo. C. de latin. libert. toll.* civium Romanorum propria, de qua accipiendum illud; Eos tantum juris civilis communionem habere, qui liberi ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Servitus eſt ſtatus hominis quo alieno dominio ſubjicitur. *l.* 4. §. 1. *De ſtat. hom.*

Servi habent juris naturalis quidem communionem, non civilis. *l.* 32. *De Reg. Iur.*

Facta ipſorum ex perſona dominorum, non ipſis æſtimantur. *pr. Inſt. de ſtip. ſerv. l.* 31. *De hered. inſtit.*

Omne quod acquirunt, domino, non ſibi acquirunt. §. *in poteſtate. Inſt. de his qui ſui, vel al. juris ſunt.*

Dominorum conditionem meliorem, non deteriorem poſſunt efficere. *l.* 133. *ff. de reg. jur.*

Dominis in ipſos vitæ neciſque poteſtas fuit, olim infinita, poſtea limitata. *d.* §. *in poteſtate.*

Servus *naſcitur* quis ex ancilla; §. *ſervi a. Inſt. de jur. perſon.* niſi ejus manumiſſioni ab herede mora ſit facta. *l.* 4. *C. de fideic. libert. Fit, Iure Gentium,* captivitate in bello juſto. *d.* §. *ſervi autem. l.* 19. §. 2. *De capt. & poſt. rev. Iure Civili.* venditione ſui, facta à majore, ſciente; emptore interim conditionem ejus ignorante. *l.* 5. §. 1. *ff. de ſtat. hom. l.* 7. §. *ſi quis ſciens. l.* 33. *ff. de liber. cauſ.* damnatione ad metallum, qui ſervi pœnæ. §. 1. *Inſt. de capit. dimin.* libertus in patronum ingratus. *d.* §. 1. mulier libera, ſi ſe ſervo alieno nolente domino junxerit. Quod à Juſtin. ſublatum. *l. un. C. de ſenatuſc. Claud. toll.*

Servitus quæ ex Jure Gentium, in ſuſpenſo eſt propter jus poſtliminii, *l.* 1. §. 1. *ff. de SC. Maced.* quo elapſus captivitate, fingitur nunquam captus fuiſſe, *l.* 5. §. 1. *l.* 12. §. 6. *l.* 16. *ff. de captiv. & poſtlim. rev.* Vel propter fictionem legis Corneliæ, qua apud hoſtes defunctus, fingitur eo momento defunctus quo captus eſt. *l.* 10. *l.* 18. *ff. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Ab hoſtibus redempti fiunt quidem liberi; ſed non habentur tales priuſquam pretium ſolverint, aut quinquennio ſervierint redemptori. *l fin. C. eod.*

Servum eſſe, & in ſervitute differunt.

Inter ſervos nulla eſt differentia; ſed ordo ex diverſis ipſorum miniſteriis, & curis. *§. fin. Inſt. de Iure perſon.*

De ſtatu hominis ex jure civili.

CAPUT VI.

STatus hominis ex Jure Civili; (ordinem vocat Vultejus) eſt conditio ejus in communi hominum ſocietate. Ex quo vel eſt *civis*, vel *peregrinus*.

Civis eſt homo liber ſub imperii tutelâ conſtitutus; *vel cum dignitate* aliqua, eaque vel *imperioſa*, ut Princeps, & poſt eum Magiſtratus: vel *ſine imperio*. Iique ſunt vel *publicæ* perſonæ, quales Pontifices, Sacerdotes, milites armati in bello, togati palatini domi, ut aſſeſſores, conſiliarii principis, advocati, profeſſores, &c. *Vel privatæ*, ut nobiles, quibus addita inſignia & arma, ex quibus eos aliis præſtare appareat. *Vel ſine dignitate*, qui certo vitæ genere diſtinguuntur.

Peregrinus eſt, qui cum liber ſit, non eſt tamen civis Romanus *l. 6. §. 2. De hered. inſtit.* Quem à cive hoc modo potiſſimum diſtinguunt, quod civis vel patriæ, h.e. originis, imperio acquieſcat, vel alieno ſe ſubjiciat; peregrinus neutrum faciat. *Bodin. in meth. hiſtor.*

Cæteri fœderati ſunt, aut hoſtes, aut neutri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Fœderati cum quibus ex fœdere communio. *l. 7. De cap. & poſtl. rev.*

Hoſtes cum quibus bellum juſtum eſt. Cæteri prædones dicuntur. *l. 24. ff. eod.*

De facto.

CAPUT VII.

II. ACcidit homini extrinſecus *factum*, quod vel *in ſe ipſo*, vel *in ſuis circumſtantiis ſpectatur*.

Factum in ſe vel eſt *purum*, quod nec diem nec conditionem adjectam habet; Vel *conditionale* quod conditione aliqua ſuſpenſum: Vel *quodammodo purum*, quod non quidem conditionem, ſed diem adjectam habet, ex qua ipſum effectum habeat, *ut l. 213. De V. S.* vel modum, ſub quo effectum ſortiatur.

Conditionale eſt vel *ſimplex*, unum aut plures unius generis, vel *mixtum* diverſi generis conditiones habens. Utrumque vel *conjunctum*, vel *disjunctum. l. 5. De cond. inſt.* Illud non habetur perfectum niſi omnes, *d. l. 5.* Hoc ſi una ſaltem impleatur.

Conditio eſt cauſſa in futurum tempus relata, *arg. l. 10. §. fin. ff. eod.* rem quæ agitur ita ſuſpendens, ut factum quoad naturam exiſtens, antequam illa impleatur, quoad effectum juris, extitiſſe non videatur. *d. l. 213. §.* Niſi per eum cujus intereſt ſteterit. *l. 3. ff. eod. l. 78. De cond. & dem.*

Dividitur in *Caſualem*, quæ in eventum, & *poteſtativam*, quæ in arbitrium accipientis collata. *d. 78. §. 1.*

Hæc in poſſibilem, & impoſſibilem. *Paul. 3. ſent. 4. §. conditionum.* Utraque vel natura talis eſt,

eſt, vel lege. *l.* 9. 14. 15. *& paßim. De cond. inſt.*

Ad impoſſibilem & ea refertur quæ eſt ſub conſenſu Principis, *Iaſ. in l. cum ſervus. §. fin. n.* 8. *not.* 5. *& ibid. Zaſ. n.* 6. *De legat.* 1. & quę eſt difficilis præſtitu. *l.* 4. *§. puto. De her. inſt. l.* 55. *ff. fam. erciſc.* cui ſimilis quæ perplexa. *Bart. in l. ſi Titius. De cond. inſt.*

In circumſtantiis conſideratum factum eſt 1. Vel *voluntarium*, vel *involuntarium*.

Volens facit qui deliberato, idque vel ſua ſponte, vel alterius mandato; atque ita metu, vel coactus. Nam & voluntas coacta eſt Juriſconſulto. *l.* 21. *§.* 5. *ff. quod met. cauſ. geſt.*

Velle poteſt qui natura, aut lege non impeditur.

Natura impeditur infans, furioſus. *l.* 40. *De R. I.* ob animi: ſurdus, mutus, ob corporis defectum.

Lege, prodigus, *d. l.* 40. impubes, *l.* 189. *De R. I.* ſcil. ſolus ſine autore tutore; quod ad effectum juris attinet.

Conſtat de voluntate, Vel *expreßè*, declaratione verbis vel nutu. Vel *tacitè*, ſi quid fiat ex quo voluntas per diſcurſum colligitur, e.g. per nuntium, epiſtolam.

Hinc voluntas ex ſcientia & patientia inducitur. l. 7. *§.* 11. *ff. de SC. Maced.* &

Qui tacet conſentire & velle videtur, ſi præſens ſit & contradicere poßit. l. 2. *§.* 2. *ff. ſolut. matr.*

Si quid fiat aliquo ſciente, alio interim faciente, is qui ſcivit, & cum poſſet non impedivit, ipſe feciſſe exiſtimatur. Paßim in legibus.

Quod quis per alium facit, ipſe facere intelligitur. c. qui per alium. de R. I. in. 6. *l.* 152. *§.* 1. *ff. eod.*

Qui facienti opem tulit, aut auxilium præſtitit, ipſe feciſſe exiſtimatur. l. 53. *§. fin. De V. S.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Ratihabitio actum quidem, tempore ſequitur, ſed retro trahitur ad ipſum tempus facti : l. fin. C. ad SC. Maced.

Non volens facit, qui non deliberato facit, ſive præter, ſive contra ejus voluntatem fiat.

Præter voluntatem facit, 1. Qui *ignorantia* facit.

Ea eſt vel *facti*; ſive proprii, ſive alieni : vel *juris*, ſive naturalis, ſive civilis. *l. 1. ff. de jur. & fact. ignor.*

Ignorantia facti proprii eſt intolerabilis; ideoque non præſumitur. l. 3. ff. eod. l. 7. ff. ad SC. Vell. Alieni probabilis, & præſumitur: l. 8. ff. de jur. & fact. ign. l. fin. ff. pro ſuo. Hinc illa non excuſat, niſi de damno ignorantis vitando agatur. d. l. 8. & ſeq. Hæc excuſat, niſi affectata ſit. l. 6. cum ſeqq. ff. de jur. & facti ignor.

Ignorantia juris naturalis nemini patrocinatur: ignorantia juris civilis in lucro captando nihil prodeſt, in damno vitando nihil obeſt. Paſſim ſub tit. ff. & C. eod.

Sic accipiendum quod ignorantia facti excuſare, juris non excuſare dicitur. d. l. 9. ff. eod.

Succurritur tamen etiam minoribus XXV annis, mulieribus, *d. l. 9. pr.* militibus, *d. l. 9. §. 1.* & ruſticis, *l. 7. § 4. De juriſd.* jura, ſed civilia, ignorantibus; *ſi peritiores conſulendi facultatem non habuerint. d. l. 9. §. 3. l. 10. in fin. De bon. poſſ.*

2. Qui errore facit, h. e. cum de facti, vel juris, vel utriuſque qualitate non conſtat. *Errantis enim nulla voluntas in l. 20. ff. de aq & aq. pluv. arc.*

Dubitans in multis erranti ſimilis eſt, in quibuſdam ignoranti.

3. Fit præter voluntatem quod *caſu* fit, *quæ cauſa extra facientem eſt*.

Contra

Contra voluntatem facit, qui invitus facit.

11. Spectatur & in circumſtantiis agentis *bona*, vel *mala fides*.

Bona fides eſt illæſa conſcientia circa factum; ipſum, qui bonam fidem habet contingens.

Mala fides eſt conſcientia læſa ejus qui factum ſuum novit juri ſeu æquitati non eſſe conſentaneum.

Culpa eſt negligentia hominis, qua quid fit quod fieri non debuit, vel quod debuit fieri, non fit. *Cujac. lib. 3. obſ. c. 24.*

Eſt vel *imprudentiæ*, quæ culpa ſpeciatim dicitur, vel *malitiæ*, alterius decipiendi cauſa adhibita; quæ dolus, nec unquam niſi à ſciente & volente committitur. *l. 1. §. Dolum. ff. de dolo malo.*

Culpa eſt vel *lata*, quæ ſumma. *l. 1. §. 5. ff. de O. & A.* ac diſſoluta *l. 29. ff. mand.* negligentia & ignorantia, *l. 55. ff. de ædil. edict.* cum quis non intelligit quod intelligunt omnes. *l. 223. ff. de verb. ſign.* (*Quæ in contractibus dolo comparatur, eique proxima eſt, ſi effectum ſpectes. l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. 22. §. 3. ff. ad SC. Treb. In delictis effectu à dolo diſtinguitur. l. 7. ff. ad l. Corn. de ſic. l. 50. §. fin. De furt.*) Vel *levis*, cum quis non eſt diligens ad eum modum quem hominum natura deſiderat; *l. 32. ff. depoſiti. Quæ cum culpæ fit mentio, in dubio ſemper intelligitur, l. 8. §. 3. l. 9. §. 5. De reb. auct. jud. poſſ. l. 25. §. 1. ff. ſol. matr. Eique opponitur cuſtodia, & diligentia.*

Hinc quot gradus ſunt cuſtodiæ & diligentiæ, tot ſunt gradus culpæ.

Sunt autem duo, *ſummus* cui opponitur culpa leviſſima, *l. 6. ff. de jur. & fact. ign.* Et *medius* (quæ propriè cuſtodia) cui opponitur culpa levis. *§ fin. Inſt. quib. mod. re cont. obl.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Dolus non recipit magis, & minus.

Quoties ab aliquo requiritur diligentia, is præſtare debet culpam leviſſimam. Niſi forte ex adjunctis appareat levem tantum culpam excludi, aut niſi ſubjecta materia aliud poſtulet. ut in l. 174. De R. I. & §. Imperitia Inſt. ad l. Aquil.

III. Spectatur locus in facto vel tempus: quo loco, (ſcilicet publico, eoque divino vel profano, an privato. *l. aut facta. §. locus. De pan.*) & quo, & quanto tempore quid factum.

Hora eſt diei naturalis pars duodecima, civilis vigeſima quarta. Cujac in tr. de præſcr. & term. c. 1. Dies naturalis XII *horarum, uti & nox. Augmentum tamen & decrementum utraque recipit augeſcente & decreſcente luna & tenebris. Civilis eſt horarum* XXIV. *à media nocte uſque ad inſequentem mediam noctem. l. 8. ff. de feriis & idolat.* Major diei pars horarum ſeptem primarum, noctis horarum octo; aut ſeptem ſupremarum. Dies ex uſu juris, alius *faſtus*, alius *nefaſtus*, qui & feriatus.

Tempus infinitum eſt quod extra annos centum. *l. 21. §. fin. ff. de recept. arb. l. 70. ff. pro ſocio.*

Tempus eſt vel *utile*, dierum quibus juris ſui experiundi poteſtas eſt; in quod non computantur dies nefaſti. *l. 3. §. fin. de accuſ. l. 55. ff. de ædil. edict.* vel *continuum*, quod ſine ulla diſtinctione eſt ſeries dierum continua. *l. 8. ff. de his qui not. infam. l. 31. §. 1. De uſucap.*

Hinc annus continuus conſtans 365 diebus continuis, vel utilis totidem conſtans utilibus. *l. 1. §. 1. ff. quand. act. de pec. ann. l. 1. ff. uti poſſid.* Cæterum cohærent facta perſonis: jus ex illis quæſitum, poteſt eſſe alterius, e. g. ſervi factum ipſi cohæret, jus inde reſultans domini eſt, non ſervi.

ſervi. 8. *ſed cum* §. *factum. Inſt. de ſtipul. l.* 44. *De cond. & demonſt.*

De Perſonis.

CAPUT VIII.

UT perſona conſideratur homo quatenus habet caput civile. Quod in libertate, civitate, (de quibus ſupra) & familia conſiſtit.

Familiæ (appellatione, alias variâ, *l.* 195. §. 2. *De V. S.*) hic intellige corpus hominum agnationis neceſſitudine inter ſe devinctorum.

Puta vel *commune* corpus, in quo quidem communis ſtipes eſt, ſed plura tamen capita, quæ ſingula proprias familias habent. *d. l.* 195. §. 2. *verſ. communi.* Vel *proprium*, quod unum habet caput, & Principem, qui paterf. dicitur. *d. l.* 195. §. 2. *verſ. Iure proprio. Paterfamilias non tam æſtimatur ex familiâ, quam jure familiæ habendæ. d. l.* 195. §. 2. *verſ. pater autem.*

In familiâ caput habent paterfam. & filiusfam. ſed ille ita, ut princeps familiæ ſit. *l.* 196. *ff. eod.*

Fœmina familiæ in quam adſciſcitur matrimonio caput eſt, quatenus liberos parturiendo eam conſervat; Ejus vero in qua nata eſt, finis; quia ea in ipſa perit. *d. l.* 195. §. *fin.*

Fœmina etiam matrimonio juncta quamdiu in poteſtate patris eſt, familiam & caput habet in familia patris. Ea poteſtate liberata eſt materfamilias. *l.* 4. *De his qui ſui, vel al. jur. ſunt.* Vel ejus familiæ in qua nata (ſic virgo, & vidua eſt materfam.) vel ejus in quam matrimonio adſcita.

Homines ſunt vel neceſſarii, vel extranei. *l.* 19. *C. de jur. delib.*

Neceſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Neceſſitudo vel provenit ex ſanguine, quæ cognatio, vel ex nuptiis, quæ affinitas dicitur. *l. fin. De juſt. & jur.*

Cognatio vel eſt *naturalis*, quæ ex ſola fœmina, æſtimatur. *l.* 4. §. 2. *De gradib. & adfin.* Cujuſque effectus ſunt ex natura in honeſtate naturali, nulli in jure civili: *l.* 10. §. 5. *ff. eod.* Vel *civilis*, quam lex novit, & approbat.

Eſtque vel *naturalis & civilis ſimul*, quæ conciliata eſt juſtis nuptiis, *d. l.* 4. §. 2. (quæ ſi per fœminam eſt cognatio in ſpecie, ſi per marem agnatio dicitur. *d. l.* 10. §. 2.) Vel *civilis tantum*, quę per adoptionem legibus conſtituitur quaſi ſanguine juris fictione copulata. *l.* 23. *De adopt.* inter adoptantem & adoptatum, & adoptantis adgnatos.

Juſtinianus *Nov.* 118. ſuſtulit diſtinctionem cognationis & adgnationis in ſucceſſionibus & tutelis, non etiam in cauſis aliis.

Qui agnatus non eſt, extraneus eſt, quamvis cognatus.

Adgnatio in doctrinâ de tutelis eſt ſtrictior, per marem ſcil. inter mares tantum. *vide ſub tit. ff. & C. de legit. tut.*

Cognatorum diverſitas ex jure eſt, non matris, (quæ ſemper certa eſt. *l.* 5. *De in jus voc.*) ſed patris reſpectu; quem non natura, ſed jure metimur. *d. l.* 5. *l.* 23. *ff. de ſtat. hom.*

Ea ſcil. ut alii ſint *legitimi*, quos, jus, cognatos nominari voluit. Nati ſcilicet ex juſtis nuptiis, adoptati, legitimati. Alii *illegitimi*, nati ex coitu legibus improbato.

Qui ſi permiſſus, ut concubinatus, & contubernium ſervorum, naturales, (etiam nothi) & patrem naturalem habere, dicuntur, *t. t. c. de nat. lib. l.* 63. *D. ad leg. Falcid.* non juſtum. Sin damnatus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

tus, ut ſcortatio; ſpurii, vel vulgo concepti, *l.* 23. *De ſtat. hom.* Vel ſtuprum, qui hodie naturales dicuntur: Vel adulterium, & adulterini: Vel inceſtus, & inceſtuoſi dicuntur.

Cognatio omnis diſtinguitur lineis; linea gradibus. *l. ſtemmata* 9. *De grad. & affin.*

Linea eſt vel *recta*, inter adſcendentes, & deſcendentes. *l.* 1. *l.* 9. 10. *ff. eod.* vel *tranſverſa*, inter collaterales, *d. l.* 1. 9. 10.

Appellatio parentum venit uſque ad tritavum & tritaviam. *d. l.* 10. §. 7. Qui ſupra hos ſunt majores dicuntur. Liberorum uſque ad trinepotem & trineptem. Reliqui poſteri dicuntur. *d. l.* 10. §. 7. *l.* 1. 4. *De jur. immun.*

Inter parentes, & liberos ad cognoſcendum gradum linea unica ſufficit, eaque recta: Inter cæteros præter eam etiam tranſverſa requiritur. *d. l.* 10. §. *nam quotiens.* In rectâ enim communis ſtipes petendus. Per quem in tranſverſa omnes gradus decurrendi ſunt, donec ad eum in linea tranſverſa deveniatur, de cujus cognatione quæritur.

Cognationis inveniendæ jure civili prodita eſt una regula. *Tot eſſe gradus, quot ſunt cognationes, ſeu quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto. d. l.* 1. *l.* 10.

Eodem jure linea recta à gradu primo incipit, tranſverſa à ſecundo. *d. l.* 1. *l.* 10. Canonico etiam à primo.

Jus Canonicum (quo etiam in linea rectâ dicta regula obtinet) variat in linea tranſverſa, quam duplicem facit. *c. ad ſedem.* 35. *q.* 5. *Æqualem*, quæ eſt perſonarum iiſdem gradibus à communi ſtipite diſtantium. *Inæqualem*, quæ earum eſt quarum una altera ſtipiti propior eſt. In illa hanc habemus regulam. *Quo gradu*

perſonæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

perſonæ diſtant à communi ſtipite, eodem diſtant ipſæ à ſe invicem. In hac verò iſtam: *Quo gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem diſtant à ſe invicem.*

Affinitas duntaxat eſt inter maritum & cognatos uxoris; inter uxorem & cognatos viri. *l.4.§.3 ff. de grad. & adfin.*

Conciliatur minus propriè ſponſalibus, *l.8. ff. de cond.cauſ.data.&* contuberniis, *l.14.§.2 ff. de rit.nupt.* Sed Jus Canonicum ex coitu etiam illegitimo conciliari voluit. *c. de diſcretione. c. pen.de eo qui conſang.uxor.ſua.*

Jure civili nullis lineis, aut gradibus eſt definita, *d.l.4.§. gradus.* Canonico tria affinitatis genera conſtituunt. *de quib. Ioan. Andr. inc. non debet de conſanguin. Primum* inter virum & conſanguineos uxoris & viciſſim. Cujus hæc regula. *Eo gradu diſtant à ſe invicem vir & conſanguineus uxoris, quo diſtant conſanguineus ille ab uxore iſtius ſuâ conſanguineâ. Secundum*, cum perſonæ quæ primo affinitatis genere mihi conjuncta matrimonio copulatur extranea. *c. de propinquis. 35.q.3.Tertium*, cum alia copulatur perſonæ ſecundo affinitatis genere mihi junctæ. *c.porro.35.q.3.*

Nec cognatione, nec affinitate mihi juncti, extranei ſunt. *l.6. De vent.in poſſ. mitt.* Varia tamen in jure extraneorum appellatio pro ſubjecta e. g. dotium, *vid.l fin. §.ſimili quoque. C. de jur. dit.* ſucceſſionis, *vid. l. 21. §.ex imperfecto. C.de teſt. §.cæteri Inſt.de here.qual. & diff.* & retractus materia. *vid.l.dudum. C.de contr. empt.* Quod ſingulis locis obſervandum, hic pro cautione eſto.

De

De acquiſitione capitis, ejuſdemque diminutione.

CAPUT IX.

CAput illud acquiritur, jure, & amittitur. Utrumque vel *natura*, vel *hominis facto.*

Libertas, ſive ingenua, ſive libertina acquiritur modis ſupra dictis.

Civitas autem, 1. *Origine*, cum civis quis naſcitur ex utroque vel altero ſaltem parente, ejus civitatis in quo pater ſit civis. *l.* 1.*ff.* & *t.t. ff.ad municip. Quod non ex domicilio, ſed ex naturali ejus origine æſtimatur. l.* 6. §. 2.*ff. eod.* 2. *Receptione*, qui ſe recipi petit, & ſimul in civitatem, & jus civium recipitur.

Qui civitatem Romanam acquirit, in jure noſtro proprie civis eſt. Qui aliam, municeps, & municipalis. *ſub tit.ff.ad municip.* Quem nativitas facit, *ff. l.* 1. *l.* 228. *De V. S.* vel factum manumiſſionis, aut adoptionis.

Incola eſt quaſi civis loci in quo domicilium habet, aliunde ortus, atque adeò alîus Reipublicæ civis. *l.* 35. *ff. ad municip.*

Conſtituit autem domicilium non nudâ conteſtatione, aut domus emtione, ſed re & facto. *l.* 20. *ff.eod.*

Poteſt, (ſed difficulter) quis plurium locorum eſſe incola. *l.* 6. §. 2. *l.* 5. *l.* 27. §. 2.*ff.eod.* Poteſt idem Reip. alicujus civis eſſe, alibi incola. *d.l.*27.*ff.eod.* Et eo caſu, qui ex eo natus eſt civitatem ex qua ipſe originem ducit, non domicilium, ſequitur. *d.l.*6.§.*filius.*

Caput cum quis amittit, eo minui dicitur.

Capitis minutio eſt vel *univerſalis*; quæ eſt libertate amiſſa, cum qua civitas & familia amittitur, & *maxima* dicitur. §. 1. *Inſt.de capit.diminut.* Vel *particularis*; eaque vel *media* tantum

amiſsâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

amiſsâ civitate: (*quod olim fiebat aquæ & ignis interdictione*; *nunc deportatione*; *non relegatione.* §. *minor* 2.*Inſt.eod.l.*2. §.1.*ff.de pop.l.* 14. §. 1. *ff. de interd. & releg.* Vel defectione ad hoſtes, *l.* 5. §. 1.*ff.de cap. minut.* Vel cum Senatus aliquos hoſtes judicat.*d.l.*5.§.1. Vel *minima*, cum familia tantum amittitur,*d.l.*5.§.*fin.*§. *minima.* 3. *Inſt. eod.*

Quæ mutatio potius tantum, & plerunque in meliorem ſtatum eſt quam ſtatus minutio. *d.*§.3. l. fin.ff. eod. Ac voluntaria eſt; reliquæ neceſſariæ.

Qui per acceſsionem dignitatis, §.quibus autem Inſt.eod.*vel patris mortem ſui juris fit, capite non minuitur*.

De homine relatè conſiderato.

CAPUT X.

Homo relatè conſideratur reſpectu juris quod eſt inter duos,pluresve.

Inde jus perſonarum. Quod poſitum eſt,vel in *poteſtate*,vel in *obligatione*.

De poteſtate Eccleſiaſtica.

CAPUT XI.

Poteſtas eſt jus perſonæ in perſonam, quo una præeſt,altera ſubeſt. *arg.l.*215.*De verb.ſign.*

Eſt vel *Publica*,concordi ſuffragio in unum, pluresve collata ad tuendum Reipublicæ ſtatum, *Lagus in method.ſua ſub Rubr. diviſio poteſt.* quæ maximè propria. Vel *privata*,inde proportione quadam tracta.

Publica eſt & *Eccleſiaſtica*, & *Politica. Lag. d. loc.*

Eccleſiaſtica,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Eccleſiaſtica, curam habens religionis,& ſacrorum, ſine ullo Imperio & juriſdictione. *Cujac.in par.C.de Epiſc.&c.*

Eſt ea in doctrina Eccleſiæ, ritibus, perſonis doctrinam tradentibus, & ritus adminiſtrantibus.

Doctrina eſt de Deo, & Chriſto: perſona ejus,& officio.

De ea contendere,aut eam in dubium vocare,Imperatores Chriſtiani ſuis conſtitutionibus vetuerunt. l.fin.C.de ſum. trinit.

Ritus vel neceſſarii, Baptiſmus, Cæna; vel indifferentes.*per diſcurſum ſub tit.C.de SS.Eccl.*

Perſonæ, Clerici vocantur. Sunt Epiſcopi, Presbyteri,diaconi,hypodiaconi, cantores,exorciſtæ,oſtiarii, *l. 6. C. de Epiſcop. & Cler.* & qui pias cauſas tractant.

Variis utuntur privilegiis. *De quibus ſub d.tit. C.de Epiſc.& Cler.*

Clericorum poteſtas,audientia dicta, *Rubr. C.de Epiſcop. aud.* eſt quam habent Epiſcopi ſolum, & Presbyteri in clericos, & monachos in cauſa religionis, & negotio Eccleſiaſtico; non in alios,neque in aliis cauſſis;niſi inter conſentientes.

Eſt autem 1. In Clericorum jure; e.g. ut his in conſilium adhibitis defenſores civitatum, *l.5.l.19.C.de Epiſcop.audient.* tutores, vel curatores minorum, *l.3. C. eod.* & furioſorum, *l. 27. cum l.ſeq.C.eod.* conſtituantur; querela non numeratæ pecuniæ,vel dotis,abſente magiſtratu, *l.21.pr. & §. 1. C. eod.* vel quælibet alia præſcriptionum interruptio,*l.31. C. eod.* vel conteſtatio,*l.32. C.eod.* apud eos inſtituatur.

2. In eorum curâ;ſcilicet diſciplinâ Eccleſiæ, & Monachorum, *l.4.C.de Epiſc. & Cler.* pauperum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

rum, captivorum, *l.* 11. *C. de Epiſcop. aud.* infantium expoſitorum, *l.* 24. *C. eod.* cuſtodiarum, *l.* 9. 22. 23. *C. eod.* meritoriarum puellarum, lenonum, *l.* 12. *C. eod.* injuria captarum & oppreſſarum, *l.* 14. §. 1. *l.* 33. *C. eod.* inſpectione operum publicorum, rationumque, *l.* 26. *C. eod.* & pleriſque operibus piis & ſanctis.

3. In eorum reverentia; puta ne ab eorum ſententia poſſit appellari. *l. Epiſcopali: C. eod.*

Omnia iſta, & cætera clericorum privilegia denegata ſunt iis qui illis ſunt adverſi. l. 1. *C. de hæret. & manich. Paganis, Iudæis, Apoſtatis, Hæreticis, Schiſmaticis.*

Iudæorum ſecta nunquam prohibita. Cujac. in par. C. de jud. & cælic.

Apoſtatarum crimen pœnitentia non aboletur. l. 4. *C. de apoſtat. Poſt mortem intra quinquennium aboletur eorum memoria, accuſatione quidem inſtituta: d. l.* 4. *eorum facultates fiſco vindicantur, l.* 1. *C. eod. amittunt jus civitatis Romanæ l fin. C. eod.*

Hęreticorum nomenclatura, ſupplicia, conventicula prohibita, *vide in l. Arriani.* 5. *C. de hæret. & manich.*

Schiſmaticis privilegia, clericis, & laicis conceſſa, denegata ſunt. l. 1. *C. eod. Nec Chriſtianum mancipium habere poſſunt. t. t. C. ne Chriſt. manc. &c.*

De poteſtate politica, ubi de Iuriſdictione & de Principe.

CAPUT XII.

POteſtas Politica eſt cum Juriſdictione in ſubditos.

Iuriſdictio eſt poteſtas. *l.* 215. *De V. S.* ſtatuendi aliquid de negotio civili, vel criminali; *Iudiciale, an extrajudiciale ſit, nihil intereſt.*

1. Eſt

I. Eſt vel *Iuriſdictio ſimplex*, vel *Imperium*.

Iuriſdictio ſimplex eſt poſita in cauſſæ cognitione, cum poteſtate juris dicendi de privatis.

Ea cognitio pertinet principaliter ad Magiſtratum, ut vel ipſe decernat, vel judicem det.

Magiſtratus enim cognoſcit eo ipſo quod Magiſtratus eſt, Iudex eo quod Iudex eſt, & judicandi poteſtatem accepit.

Judicis dati cognitio notio potius eſt, cui juriſdictio ſit conſequens. Magiſtratus cognitio Juriſdictio eſt, quæ notionem ita in ſe habet, ut juriſdictio notionem antecedat.

Ad hanc juriſdictionem, ſeu cognitionem exequendam ſi juſſio aliqua eſt neceſſaria, ſit Imperium. Quod etſi mixtum dicatur, ex utroque illo & juriſdictione & imperio; *l.* 3. *ff. de juriſd.* diſtingui tamen debet, quod Juriſdictionis eſt, ab eo quod eſt imperii. E. g. Judicem dare eſt Juriſdictionis *d.l.*3. *in fin.* Eum, ſi nolit, cogere, eſt imperii.

Imperium enim eſt Juriſdictio in coërcitione poſita. *Gov. ad. d.l.*3.

Vel *merum*, (ſic dictum quod ab omni ſimplici juriſdictione eſt ſeparatum *Gov. d. loc.*) quod coërcitionem habet graviorem; in facinoribus ſcil. in quibus notio quædam de facto verſatur, ſed nulla juriſdictio, eo quod lex in illis jus dicit, non magiſtratus. *arg. l.* 15. *ff. ad munic.*

Vel *mixtum* quod coërcitionem habet cum juriſdictione; *d.l.*3. puta jubere caveri prætoriâ ſtipulatione, in poſſeſſionem mittere, in integrum reſtituere, jubere poſſidere, bonorum poſſeſſionem dare. *l.* 1. 3. 4. *ff. de juriſd.*

II. Juriſdictio eſt vel *Voluntaria*; quæ agen-

tium conſenſu explicatur apud eum qui juriſdictioni præeſt. Et extra judicium exercetur, in emancipationibus, manumiſſionibus, adoptionibus, &c. Vel *Contentioſa*; quæ in nolentes etiam vi imperii exercetur. Interdum extra judicium ſine cauſſæ cognitione, *E.g. in cautionibus, miſſionibus in poſſeſſionem, &c.* Interdum cum cauſſæ cognitione.

In judicio quidem ſententia; extra judicium decreto, *ut in excuſationibus, dilationibus, alimentis, tutelis & curationibus, bonorum poſſeſſionibus & ſimilibus. Vid. Bodin. in meth. jur.*

III. Eſt Juriſdictio, vel *Propria*, vel *Non propria*.

Propria, quæ alicui jure ſuo proprio competit, Et quidem vel *Iure Majeſtatis*, eſtque Principis, & lege ſoluta.

Princeps eſt poteſtas ſumma, & abſoluta, & perpetua, utpote eo animo lata, ut perpetua ſit.

Eſtque vel unius, qui propriè Princeps; vel paucorum qui optimates, vel univerſorum, & populus dicitur, *Ariſt. 1. Polit.*

Principis ſolius eſt pro arbitrio ſuo leges concedere. l. fin. C. de legib. & abolere, eas interpretari, l. 9. & ſeqq. C. eod. (ideoque legibus ſolutus dicitur, *l. 31. ff. eod.*) *bella indicere ac finire, Nov. 85. creare Magiſtratus ſummos,* l. 1. ff. de leg. Jul. de ambitu. *habere poteſtatem vitæ & necis, Eſtque ad ipſum à cæteris magiſtratibus provocatio.* De his Bodin. lib. 1. de Republ. c. 10.

Jus naturale eſt ei cum cæteris ſubditis commune, eodemque jure cum illis utitur. *Dd. in l. fin. C. de conſt. princ.*

Hinc jus ad tertii detrimentum mutare nec debet, nec poteſt; l. pen. De hered. inſt. Nov. 89. C. 11.

C. 11. *niſi publica urgente neceſſitate, aut evidenti aliqua* ratione ſuadente. Diaz. reg. 582. Duen. reg. 534.

Contractus tenetur ſervare, & jure privatorum in illis utitur. l. 6. §. 1. De cond. & dem. l. 6. ff. de jur. fiſci.

Principis juriſdictio omnium patet latiſſimè; Magiſtratuum juriſdictiones à Principe conſtituuntur, & ad illum ſolum reſpiciunt. *Nov.* 15. Omnis enim Juriſdictio Principis eſt, qui imperium habet ex jure illo quod Princeps eſt, §. *ſed & quod. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. l. un. C. de jur. vet. enucl.*

Sed illa ex qua Princeps eſt, ipſius ſola eſt Juriſdictio: Quædam communicatur, non uni omnis; ſed pars quædam huic, alia alteri, *de qua re Mynſing. obſ. 99. cent. 6.*

De magiſtratibus.

CAPUT XIII.

VEl competit Juriſdictio Jure magiſtratus, Eam qui habet etiam magiſtratus dicitur. *l. 57. De verb. ſign.*

Eſt *Romanus, vel municipalis. l. 20. §. 7. ff. ad leg. aquil. l. 3. ff. de tut. & cur. dat.*

Romanus, qui præeſt juriſdictioni ad Jus Romanum conformatæ. Vel *in urbe*, vel *in provinciis* imperio Romano ſubjectis, l. 131. ff. de V. S.

Et *in urbe* quidem, vel *Major*, vel *Minor. Bodin. lib. 3. de Repub.*

Major habens juriſdictionem cum imperio, *lib.* 2. *De in jus voc. l.* 26. §. 2. *ff. ex quib. cauſ. major.* Eſtque vel *ordinarius*, vel *extraordinarius*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Ordinarius, cujus juriſdictio ex voluntate Principis certa eſt ac definita, *Hotom. in Lexic. verb. magiſtratuum.* Varius fuit pro varia Reipublicæ Romanæ forma. *per l. 2. De orig. jur.*

Ex jure populari fuit retentus I. *Senatus*, conſilii publici cauſâ conſtitutus: cujus caput erant Conſules. *t. t. ff. de Conſul.*

II. *Prætor*; qui Magiſtratus Major eſt, de cauſſis privatorum jus dicens.

Ab initio erat unus, poſtea duo; Unus *Urbanus*, alter *Peregrinus* dictus, *d. l. 2. §. cumque Conſules. De orig. jur.*

Sylla quatuor creavit, qui præeſſent ſingulis quæſtionibus publicis ab ipſo conſtitutis, de falſis, parricidiis, ſicariis & veneficiis, injuriis, d. l. 2. §. 32.

Sub Imperatoribus etiam Urbani Prætoris Juriſdictio cæteris ſuis partibus ad alios eſt diffuſa. Erant ſcil. Juſtiniani tempore tres; fideicommiſſarius, tutelaris, & tertius qui de libertatibus & cauſis ad eam pertinentibus cognoſcebant. *l. 29. De uſu & uſufr. leg. l. 1. C. de tut. & curat. illuſt. l. 3. §. 1. l. 5. ff. de liber. cauſ.*

Ab *Imperatoribus* inſtitutus eſt I. *Magiſtratus paganus* habens juriſdictionem in paganos circa negotia domeſticum Reipublicæ ſtatum concernentia. *Cujac. in par. C. de offic. civil. jud.*

Scilicet primo circa ea *quæ ad ſtatum imperii* pertinent: Ut 1 *Præfectus prætorio*, cui Princeps ſummam rerum judiciorumque commiſit. *Cujac. in par. ff. tit. de offic. præf. præt. per. l. quilibet. C. de decur.* ut pleniſſimum poſt Principem imperium haberet. *per l. 38. C. de decur.*

Ad quem pertinebant omnia tam publica, quam privata judicia; tam criminalia, quam civilia, in quibus omnibus vel ipſi habebant poteſtatem cognoſcendi, vel judicem dandi.

2. *Præ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

2. *Præfectus Urbi*, cui Princeps urbis terminorumque ejus curam commiſit. *Cujac. in par. De off. præf. urb.*

Ejus officium erat urbem cuſtodire, & omnia crimina audire quæ intra centeſimum lapidem committebantur (ultra quem eſt Juriſdictio Præfecti prætorio. *l. fin. ff. eod.*) & quidem vel ipſe, vel quem cognoſcere juſſit.

Deinde circa ea quæ ad bona Principis pertinent, ſive fiſcalia, (*quæ magis videantur eſſe principatus*; *l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. l. 36. De legat. 2.* quibus præerat. *Comes ſacrarum largitionum: t. t. C. de offic. com. ſacr. largit.* ſive patrimonialia, ſeu Principis bona propria. *l. 39. §. fin. De legat. 1. l. pen. & ult. C. de fund. patrim.* Eaque vel privata quibus *Comes rerum privatarum* dictus: vel ſacra, quibus ſacri *patrimonii* dictus *Comes* præerat.

II. *Magiſtratus militaris.* Et quidem. I. *Magiſter militum*, (*à Conſtantino inſtitutus*) qui eandem juriſdictionem inter milites, quam præfectus prætorio inter paganos habebat. *t. t. C. de off. magiſt. milit.*

2. *Magiſter officiorum*, qui regebat diſciplinam morum in palatio. *t. t. C. de off. magiſt. offic.*

Extraordinarius magiſtratus major neceſſitate exigente creatus, eâdem ceſſante deſiit. E. g. Tales olim Dictator, Interrex, Tribuni & Tribuni plebis.

Iuſtiniani tempore urgente neceſſitate extraordinaria negotia ordinariis Magiſtratibus etiam committebantur. l. 1. in fin. ff. de pœnis.

Minor magiſtratus in urbe habebat juriſdictionem ſine imperio. *Vid. Briſ. de V. S. lib. 11. verb. Magiſtratus Romæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Scilicet. I. *Quæſtor*. Circa quam appellationem variant judicia.

II. *Præfectus annonæ*, qui de pertinentibus ad utilitatem annonæ civiliter, *l. fin. ff. Quod cum eo qui, &c.* & criminaliter, *l. fin. De leg. Iul. de annona.* cognoſcebat.

III. *Præfectus vigilum* cui Urbis excubiæ erant commiſſæ, *l. 3. ff. de offic. præfecti vigil.*

Magiſtratus provincialis præeſt provinciis Romano Imperio ſubjectis. Generali nomine Præſes dicitur. *l. 1. ff. de offic. præſid.*

Eſt vel *popularis*, vel *Imperatorius*.

Popularis, quem Senatus in populi provincias cum imperio conſulari mittebat. *Cujac. in par. ff. & C. de offic. proc. Proconſul* dictus eſt, habebat omnem juriſdictionem, *l. 7. §. fin. ff. eod.* Voluntariam ſimul atque urbem egreſſus eſſet, *l. 2. ff. eod.* Contentioſam non ante quam provinciam eſſet ingreſſus exercebat, *l. 4. §. fin. d. l. 2. ff. eod.*

Addebatur ei *legatus* à Senatu. *Capitolin. in Gordianis. in Probo Vopiſcus*, cui vices in provinciæ adminiſtratione mandabat, *l. 4. §. fin. ff. eod.* Omnem ſcilicet juriſdictionem, excepto ſolo mero Imperio: *l. 11. ff. eod.* Extra ordinem tamen aliquando criminum cognitionem, *l. 6. pr. ff. lib. 1. C. eod.*

Mandabat autem non niſi provinciam ingreſſus, *d. l. 4. §. fin.* Quo facto (*quia non Proconſul, ſed ſenatus eum legatum fecerat l. 8. De offic. præſ.*) dicebatur habere juriſdictionem propriam, & quidem jure ſuo, *l. 8. & 13. ff. eod. l. pen. ff. de offic. ejus cui mand.*

Tutoris dationem habet ex oratione D. Marci, *l. 1. ff. de tutor. dat. judicis dationem ex lege l. 12. ff. de offic. Proconſ.*

Impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Imperatorius Magiſtratus eſt quem Imperator in Provinciâ ſibi reſervatâ inſtituit.

Qui vel adminiſtrabat *res provinciæ*, vel *fiſci*.

Ille aut *pluribus*, aut *uni provinciæ* præerat. Si pluribus. 1. *Præſes* dicitur & Legatus Cæſaris, *l. 1. l. pen. ff. de off. præſid.* in provincias cum imperio ad eas gubernandas miſſus, *l. 4. l. 6. §. 8. ff. eod.* proximum in iis locum ab Imperatore obtinebat, *d. l. 4.* Ut in urbe Præfectus prætorio, *l. 10. l. 11. ff. eod.* Cui Juſtiniani tempore erat ſubjectus. *l. 38. C. de decur. l. 6. C. ad. l. Iul. repet.*

Habuit jus damnandi in metallum, & adimendi vitam gladio, non ſecuri, telo, laqueo, non deportandi, non confiſcandi, *Cujac. in par. ff. de offic. præfect.*

II. *Vicarius*, qui pro Præfecto prætorio mittitur in tractum, vel diœceſin aliquam, aliquot provincias in ſe continentem, *Cujac. in par. C. de offic. vicarii.*

Hinc habuit cum Præfecto prætorio parem poteſtatem, non ab eo, ſed à Principe acceptam. Ut non abſimilis ſit legato Proconſulis, ſi eum cum Præfecto prætorio comparemus, *l. 1. §. 4. De legat. 3. l. 6. §. 1. C. de modo multar. &c.*

Uni qui præerant tres erant.

1. *Præfectus Auguſtalis*, ſeu Ægypti, ab Auguſto conſtitutus, cujus poteſtas poteſtati conſulari par erat, *l. un. ff. de offic. præf. Auguſt.*

2. *Iuridicus Alexandriæ*, cui poteſtas jus dicendi ſub Præfecto Auguſtali in urbe Alexandrina, erat mandata.

3. *Rector provinciæ*, qui erat ſub cura Præſidis & Vicarii & alias Judex ordinarius vocabatur, exactionibus tributorum & negotiis civilibus ac militarib. occupabatur, habebatq; jus dicendæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

mulctæ. *l. 2. §. fin. De judic. t.t. C. de off. rector. prov.*

Magiſtratus provincialis qui res fiſci adminiſtrabat, dicitur Procurator Cæſaris, *in rubr. ff. de offic. proc. Cæſar.* vel rationalis. *l. 5. C. ubi cauſ. fiſcal.* vel procurator domus, *l. 8. C. eod.* item rei dominicæ. *l. 9. C. de jur. fiſc.*

Is judicandi poteſtate acceptâ, de pecuniariis, quæ inter fiſcum & privatos movebantur, controverſiis cognoſcebat, *l. 8. §. 19. De tranſact. l. 2. C. ſi adverſ. fiſc. l. fin. C. de advoc. fiſc. jur.* de crimine ipſo ordinarie; *l. antiq. fol. 18. per l. 4. C. ad l. Fab. de plag.* ſed eo morte criminoſi extincto, de bonis criminoſi cognoſcebat. *l. 1. 2. C. ubi cauſ. fiſcal.* Item de cauſis ſtatus, *l. jamdudum. C. ubi cauſ. ſtat.* non tamen ingenuitatis. *l. 2. C. eod.*

Municipalis Magiſtratus eſt qui in municipiis præeſt. *l. 12. De juriſdict.*

Municipes ſunt cives Romani ſuo jure, ſuiſque legibus, *l. 25. ff. ad munic.* utentes, muneris tamen honorarii cum populo Romano participes. *l. 18. l. 228. De V. S. l. 1. l. 23. ff. ad munic.* A quo capeſſendo dicti videntur. *d. l. 18.*

Undè & proprios habent ex ſuo corpore electos Magiſtratus, urbanis, ſic dicam, correſpondentes; Magiſtratus ſuperiores à populo vel Imperatore miſſos, agnoſcentes.

Qui Romæ Senatus, in municipiis erat Curia. *l. 3. ff. quod cujuſque univer. nom.* Qui Senatores, erant Decuriones vel Curiales; Conſules, Duumviri, Tribuni plebis, Defenſores.

Ex Decurionibus magiſtratus creabantur in civitatibus, neque aliis, quam qui ex ordine eorum eſſent, honores municipiorum mandabantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

bantur, & per eoſdem civitatum munera explicabantur. *l.7.§.2. De decur.*

Item Duumviri, *d.l.7.§.2.* qui nullum habebant imperium, *l. 20.ff. ad munic.* tamen 1. juriſdictionem habebant ad certam uſque quantitatem, *l.unic.ff.ſi quis judic.* 2. pignoris captionem, *l.29.§.7.ff.ad l. Aquil.l.4. De.dam.infecto.* 3. in ſervos caſtigationem, *l.12.De jur.* 4. Tutoris & Curatoris dationem, *l.3. De tutor. & curat.dat.* 5. Aliquando legis actionem, *l.fin. C. de vindict. liber. Paul. 2.ſent.25.§.pen.*

Defenſores plebis defendebant plebem contra Curialium injurias, *l.jubemus.9.C.de defenſ.civit.* Creabantur ex plebe, *l.2.C.eod.* Habebant Juriſdictionem in cauſſis pecuniariis, *l.3. C.eod.* ad L.*l.1.C.eod.* Hodie ad ccc aureos, cum rei judicatæ executione, *Nov.15.c.3.* Cognoſcebant de levioribus criminibus, *l.per omnes C. eod.* Majores remittebant ad Præſidem; ad quem ab ipſis provocabatur. *d.l.1.l.7.C.eod.*

De juriſdictione non propria.

CAPUT XIV.

J*Uriſdictio non propria*, eſt quam quis habet ab alio, quam à lege, aut principe.

Eſt vel *Mandata*, vel *Prorogata.*

Mandata; quam quis non ſuo nomine habet, ſed alieno, *l.1.§ fin. ff. de offic.ejus cui man. juriſd.* ſed non niſi ab eo qui eam habet. *l. 2. ff. eod.*

Nemo autem eam habet niſi vi magiſtratus quem accepit publice & gerit.

Unde non Magiſtratum ipſum Magiſtratus mandat, ſed juriſdictionem, ejuſque exercitium quod vi magiſtratus accepit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Quam autem vi magiſtratus accepit, mandare omnem poteſt: ſed & ſolam, *l. 16. 17. ff. de juriſd.*

Minime verò merum Imperium. Utpote quod ſpecialiter ex lege, Senatuſconſulto, vel conſtitutione Principis, non vi magiſtratus habet, *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. juriſd. l. 2. C. de pedan. jud.*

Unde nec generaliter mandatâ juriſdictione, mandata cenſetur, *d. l. 1. d. l. 2. l. 8. §. 8. De tranſact. l. 4. §. fin. l. 6. De off. proconſ.* ſed tantum mixtum imperium, & ſimplex juriſdictio, *d. l. 1. l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. juriſd.*

Cui mandatur, is nihil habet proprii, ſed omnia agit vice mandantis, ad quem ab ipſo recurritur, *l. 3. ff. eod.* & quod accepit mandatum alii mandare non poteſt, *d. l. fin.* & qui mandatam habet juriſdictionem propriè magiſtratus non eſt, ſed partibus magiſtratus fungitur, *d. l. 3.*

Solus Proconſul Juriſdictionem Legato ita mandat, ut is eam videatur habere propriam, *de quo ſupra.*

Prorogata eſt Juriſdictionis quam Magiſtratus habet ad rem, vel cauſam aliam, quam quæ juriſdictionis illius ſit, ab illis inter quos res vel cauſſa iſta eſt, extenſio.

Fit autem non niſi magiſtratui, & quidem à privatis in judicem illum, vel magiſtratum conſentientibus, *l. 18. De juriſd. l. 1. 2. l. 74. §. 1. De judic.*

De

CAPUT XV.

SVbditus eſt qui juriſdictioni ſubeſt, & in quo illa à Principe, ſive immediatè, ſive per magiſtratus exercetur. Nempe ſubditi omnes, etiam ipſi magiſtratus, præter Principem. Qui Deo ſolum & naturæ ſubeſt.

Subditum facit. 1. origo, *l. 1. & 6. ff. ad munic. l. cives C. de incolis. lib.* 10. 2. domicilium in quo quis fortunarum ſuarum ordinem conſtituit, *l. 3. & ſeqq. ff. ad municip.*

Subditis propria ſunt bona & jura ſingulorum. *De quibus ſuis locis.* Communia ſunt *munera* ad utilitatem Reipublicæ Romanæ, vel civitatem obeunda.

Ea ſunt vel *oneroſa*, & dignitatis expertia, in ſpecie munera dicta; vel *honores. Rubr. & l. 14. ff. de mun. & honor.*

Oneroſa ſunt vel *publica*, vel *privata. d. l. 14. §. 1. Publica* (*civilia* interdum dicta, *l. fin. §. 28. D. eod.*) ſunt quæ utilitatem & adminiſtrationem Reip. præcipuè concernunt, *d. l. 14. §. 1.*

Suntque vel *perſonalia*; quæ corporis labore & animi ſollicitudine obeuntur, *l. 1. §. 3. l. fin. §. 1. ff. eod.* Vel *patrimonialia*; quæ ſumptu & erogatione expediuntur, *d. l. fin. §. 18. l. 6. pr. ff. eod. l. 2. l. pen. C. de mun. patrim.* & patrimoniorum poſſeſſoribus modò indicuntur, *d. l. 1. d. l. 14. §. 2. l. 6. l. 12. ff. eod.*

Utrumque vel eſt *militare*; & vel *armatæ militiæ*, vel *togatæ*; puta quod præſtatur ab officialibus magiſtratus, advocatis, &c. Vel *civile*, quod ſtatus Reip. tuendæ cauſſa præſtatur, ſive Principis, ſive civitatum ſeu municipiorum commodo.

Ex muneribus perſonalibus nobilia maximè

ſunt, quæ peculiares titulos in libris juris meruerunt. 1. *Legationis*. 2. *Adminiſtrationis rerum ad civitatem pertinentium*, ſive pecuniæ, ſive aliarum. 3. *Curationis operum publicorum*. Quod munus inter adminiſtrationes rerum civitatis nobile eſt.

Legati habent hæc privilegia. 1. Si Romæ conveniantur, vel in comitatu Principis, etſi ibi contraxerint ante legationem, vel extra provinciam, jus habent revocandi domum, *l.* 2. §. 3. *l.* 8. *De judic.* 2. Quamdiu Romæ legatione funguntur nulla propriâ actione conveniri poſſunt, *l.* 3. *l.* 8. *l.* 11. §. 1. *ff. de legat.* niſi ex delicto, *l.* 10. *ff. eod. l.* 24. §. 1. *De judic.* 3. Legatione perfunctis biennii vacatio conceditur. *l.* 6. *l.* 8. §. 1. *D. l.* 3. *C. de legation.*

Munera iſta omnia ſunt vel *ordinaria*, quę lege; vel *extraordinaria. l. un. C. de vacat. publ. mun.* quæ neceſſitate poſtulante extra ordinem injunguntur.

Privata munera ſunt, quæ ad privatorum commodum præcipuè; ex conſequenti etiam ad Rempubl. pertinent. E.g. tutela, cura, &c. *Dicta etiam* quandoque publica, & quaſi *publica* §. 1. *Inſt. de excuſ. tut. l.* 1. *C. quod cum eo, &c. Petr. Fab. ad l.* 2. *De R. I.*

Omnia iſta munera neceſſario ſunt obeunda ei cui imponuntur, *l.* 214. *De V. S.* niſi is immunitatem habeat, eâque uti velit.

Eam alii habent *Iure ſuo* puta, ſive ex indulgentia Principis; ſive naturę, impoſſibilitate ad munera exequenda. Alii *Excuſatione* ex cauſſa, ſed deducenda & proponenda. *l.* 1. *& paſſim. De jure immun.* §. *qui autem vult. Inſt. de excuſ. tut.*

Cauſſæ ſunt 1. Ætas, *t. t. C. qui ætat. ſe exc.*

exc. 2. Morbus, *tit. C. qui morbo ſe exc.* 3. Numerus liberorum, *tit. C. de his qui num. liber.* 4. Profeſſio artium liberalium. *tit. C. de profeß. & medic. &c.*

Tribuunt verò iſta immunitatem, non à realibus, ſeu patrimonialibus, ſed perſonalibus, & quidem non eodem modo. *Conſule titt. allegg.*

Solet etiam haberi ratio artificum, *tit. C. de excuſ. artif.* athletarum, *tit. C. de athlet.* medicorum, veteranorum. *tit. C. de his qui non impl. ſtip. ſacr ſol.* mulierum, in his, quorum hic ſexus non eſt capax. *tit. C. de mulier. in quo loc. mun.*

Sunt nonnulla munera, etiam perſonalia, à quibus ne ob excuſationem quidem, alias etiam legitimam, immunitas conceditur. *tit. C. de muner. vel præſtat. nemini, &c. lib.* 10.

Honor eſt adminiſtratio Reip. cum dignitatis gradu, ſive cum ſumptu, ſive ſine erogatione contingens. *text. in l.* 14. *De muner. & honor.*

Ad quem adſpirare nonnullis omnino interdicitur; quibuſdam (*exempli gratia reis poſtulatis, l.* 7. *ff. eod. in exilium datis, ab ordine motis. tit. C. de his qui in exil. dat. & ejuſmodi aliis,*) non niſi ſub certo modo.

De poteſtate privata, & primum de poteſtate mariti in uxorem.

CAPUT XVI.

PRivata poteſtas eſt ſingulorum in ſingulos. *Lag. in methodo.*

Eſt 1. *Domeſtica.* 2. *Adminiſtratoria. Lag. ib. de quâ infra. Domeſtica* eſt quam habet caput familiæ in perſonas ad familiam pertinentes.

Eaque vel *Maritalis*, vel *Patria*. *Maritalis*

conſiſtit. 1. In concubitu. 2. In operis & ſervitiis marito præſtandis, *Accurſ. in* §. 1. *Inſt. de SC. Tert. ex l.* 48. *De oper. lib.* obſequialibus duntaxat. *Peck. de teſt. conjug. lib.* 5. *c.* 10.

Preter illa uxor ſui juris manet, ſi antea fuit. Si ducitur patriæ poteſtati ſubjecta, ab eâ per matrimonium non liberatur: cum in poteſtatem mariti quidem veniat quoad ſupra dicta, in poteſtate verò patriâ manet quoad illa quæ illi ſunt conſequentia, *l. ſi uxorem. S. C. de condit. inſert. l.* 1. §. *fin. De lib. exhib. l.* 2. §. 1. *l.* 29. *ff. ſolut. matr. l.* 12. *C. de collation.*

Habet verò poteſtas maritalis quædam conſequentia. 1. Caſtigationem modicam uxoris, 2. Ejus defenſionem, *l.* 2. *De injur.* 3. Ut uxor maritum ſequatur, *l.* 19. *De juriſd. l.* 32. *l. fin.* §. 3. *ff. ad munic.* 4. Ut privilegiis mariti utatur, & honore ejus fulgeat, *l.* 13. *C. de dignitat. l.* 12.

Retinet uxor privilegia, mortui mariti, quamdiu vidua permanet, & honeſtè vixerit, d. l. 13. *l. fin. C. de incol. l. cum te. C. de nupt.*

Maritus nobilis nobilitat uxorem ignobilem; ignobilis, nobilem facit ignobilem. Dd. in l. 1. *ff. de V. S.*

Maritus legitimè natus uxorem illegitimam facit legitimam. Gail. de pac. publ. 6. *n.* 22.

Uxor de eadem patria cenſetur cum marito, Dd. in l. cives. C. de incolis.

De poteſtate patria.

CAPUT XVII.

PAtria poteſtas filiumfam. & filiamfam. facit. *paſſim in legib.*

Habet pater liberos in poteſtate, non ex eo quod pater eſt; ſed quod dominus familiæ,

de quo

de quo ſupr. c. 8. Unde & paterfamilias is dicitur qui filium non habet; imò qui per naturam habere non poteſt. *d. c.* 8.

Jus patriæ poteſtatis eſt *in ipſis perſonis* & quidem inter patrem primi vel ulterioris gradus & filium, *l.* 4. *De his qui ſui vel alien. jur.* §. *fin. Inſt. hic.* nepotem & ulterioris gradus ſed legitimos; qui omnes ſunt in poteſtate, niſi ab eâ ſint liberati.

Non inter matrem & parentes maternos, §. *fœmina. Inſt. l. mulierem. C. de adopt.*

Quod qui poteſtate nexi ſunt invicem præſtare tenentur, ex parte parentum pietate & affectione, ex parte liberorum reverentia & obſequio continetur.

Habebat quidem pater in liberos olim ex ea vitæ & necis jus, *l. fin. C. de patr. pot.* Quo ſive cõſtitutione, ſive deſuetudine aliqua abolito: Hodie Impp. conſtitutionibus confirmatum.

1. Ut pater filium caſtigandum poſſit offerre judici dicturo ex ejus præſcripto ſententiam, *l.* 3. *C. eod.*

2. Ut tempore neceſſitatis famis filium poſſit vendere citra libertatis præjudicium, *tot. tit. C. de patrib. qui fil. ſuos diſtr.*

3. Filiusfamilias ſuo nomine in judicio eſſe non poteſt ſine conſenſu & autoritate patris, *l.* 9. *ff. de obl. & action.*

4. Inter filium & patrem lis eſſe non poteſt, *l.* 11. *ff. de judic.* niſi de bonis caſtrenſibus & quaſi, *l.* 4. *De jud.* in quibus pro patrefam. habetur, *l.* 2. *ff. ad SC. Maced. l.* 4. *De caſtr. pecul.*

5. Sic in omnibus cauſis publicis nulla habetur poteſtatis patriæ ratio. *l.* 9. *De his qui ſui vel alien. jur.*

6. Filius non poteſt matrimonium contrahere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

trahere ſine conſenſu patris; *pr. Inſt. de nupt.* Alias injuſti & illegitimi ſunt liberi. *l.* 11. *De ſtat.hom.*

7. Soli parentes, habentes liberos in poteſtate, illis ſubſtituere poſſunt pupillariter. *in pr.Inſt.de pub.ſubſt.* & teſtamento tutores dare, & iis quidem ſolis qui in poteſtate ſunt. §.*permiſſum.Inſt.de tutel.l.* 1.*De teſtam.tut.*

Liberi legitimi, ſi filii ſunt, patris familiam ſequuntur, *l.* 19.*De ſtat.hom.* & omnis dignitatis familiæ annexæ ſunt participes, *l.* 11. *C. de dignit.* Filiæ iis gaudent quamdiu in familia manent. *l.* 1. *C.eod.* nuptæ mariti conditionem ſequuntur.

Quæ Juris Naturalis ſunt ex matris perſona æſtimantur: De quibus intellige dictum, partus ventrem ſequitur.*l.*24.*De ſtat.hom.*

11. *In rebus à filio acquiſitis eſt*; ut quicquid filius acquirit patri acquirat. §.1.*Inſt. per quas perſ.cuique acq.*exceptis peculiis caſtrenſibus & quaſi,omni jure;*d.* §. 1. *l.* 6.§.3.*C.de bon.quæ liber.* adventitiis quoad uſumfructum, jure novo.*d.l.*6.*l.*1.*l.*2.*C.de bon.matern.*

Jus hoc eſt civium Romanorum. §.1.*Inſt.hoc tit.* Licet enim origine ſit juris naturalis;forma tamen eſt juris civilis.

Acquiritur poteſtas patria. 1. *Iuſtis nuptiis.* 2. *Adoptione.* 3. *Legitimatione.*

Nuptiarum antecedentia.

CAPUT XVIII.

IN matrimonio conſideranda 1. Antecedentia. 2. Conſequentia. 3.Conſtituentia.4.Diſſolventia.

Antecedunt 1. *Sponſalia.* 2.*Munera.*

Sponſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Sponſalia, ſunt mentio & repromiſſio futu-rarum nuptiarum. *l.* 1. *ff. de ſponſal.*

Fiebant olim ſtipulatione, *l.* 2. *ff. eod.* hodie etiam nudo pacto matrimonialem conſenſum inducente, *l.* 4. *l.* 11. *ff. eod.* ſed eorum tantum quibus id jure permiſſum. *pr. Inſt. de nupt.*

Inter quos Nuptiæ, inter eos etiam Sponſalia eſſe poſſunt; at ſponſalia conſiſtere poſſunt; ut tamen nuptiæ rectè non fiant. *l.* 16. *ff. eod.*

Habent enim quædam communia, quædam propria.

Communia ſunt. 1. in perſonis contrahentibus. 2. in modo contrahendi.

Nuptias & Sponſalia contrahere poſſunt omnes qui non prohibentur.

Prohibentur. 1. *Ratione cognationis*, In linea recta in infinitum; §. 1. *Inſt. de nupt.* etiam ejus quæ eſt ex jure civili per adoptionem, quamvis ſoluta ſit. *d.* §. 1. *l.* 14. *l.* 55. *ff. de R. N.*

In tranſverſa. 1. Illi qui ſibi parentum liberorumque loco ſunt, §. 5. *Inſt. eod. l.* 17. *C. eod.* etiam cognati per adoptionem. §. 2. *Inſt. eod.* 2. In cæteris prohibitus eſt gradus ſecundus & tertius. *d.* §. 2. *d. l.* 17. *C. l. fin. C. de inceſt. nupt.* Quarto, (ut conſobrini) jungi poſſunt. §. 4. *Inſt. eod. l.* 3. §. 1. *De ritu nupt.* In quo tamen ab Imperatoribus variatum. *l.* 19. *C. de nupt.* Qui ultra hunc gradum ſint, eos manifeſti juris eſt, recte ſponſalia & nuptias contrahere. §. 3. *Inſt. eod.*

II. *Ratione affinitatis*, 1. Illi qui parentum liberorumque ſibi loco ſunt, etiam affinitate per mortem alterutrius conjugum extincta. *l.* 15. *De rit. nupt.* 2. Qui fratrum & ſororum loco ſibi ſunt. *d. l.* 17. *l.* 5. *l. fin. C. de inceſt. nupt.* Cæteri minimè. §. 6. *Inſt. eod.*

Iſtæ prohibitiones (tanquam in natura poſitæ,)

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

etiam iis ſunt cuſtodiendæ, qui non ſunt cives Romani, e. g. ſervis, §. 10. *Inſt. eod. l.* 14. §. 2. 3. *ff. de rit. nupt.*

III. *Ratione defectus: Animi*, infantes, *l.* 14. *De ſponſal.* furioſi, *l.* 8. *ff. eod. Corporis*; ii qui generare non poſſunt, *l.* 10. *C. de repud.*

Remoto impedimento utrique Sponſalia & Nuptias rectè contrahunt.

Infantium tamen intra annum ſeptimum ſponſalia non ſunt, nec nuptiæ, l. 14. *De ſponſ. ultra eum ineunt quidem ſponſalia, ſed nuptiæ non ſunt quamvis ſponſa in domum ſponſi deducta, ante* XIV *annum completum à ſponſo, &* XII *à ſponſa, l.* 9. *ff. eod.*

In ſponſalibus contrahendis ætas contrahentium non eſt definita, ut in nuptiis; adeoque à primordio ætatis effici poſſunt, modo id utraque pars intelligat, d. l. 14.

IV. *Peregrini. Ulp. in fragm. tit.* 5. *pr. Inſt. de nupt.*

V. *Servi, l.* 3. *C. de inceſt. nupt.* Poſſunt Jure Canonico, *c.* 1. *de conjug. ſervor.*

VI. *Ob honeſtatem*: Ob quam tamen non eſt expreſsè prohibitum, ſed minus honeſtum contrahere, e. g. cum filia uxoris poſt divortium procreata, cum ſponſa patris aut filii, §. 9. *Inſt. eod. l.* 12. §. 1. 2. 3. *ff. de rit. nupt.*

In conjunctionibus enim non tantum quod licet, ſed quod honeſtum ſpectari debet, l. 42. *ff. eod.*

VII. *Ob cauſſam inæqualitatis*, tum ex *dignitate*, ſic vir Senatorii ordinis ejuſque liberi prohibentur ducere libertinam civilem mulierem, *l.* 16. *l.* 23. *l.* 44. *ff. eod.* patrona ejuſque filia liberto, *l.* 64. *l.* 13. *ff. eod. Quod ſublatum Nov.* 78. tum *ætate*, e. g. inter ſexagenarium & quinquagenariam.

genariam. *Sublatum etiam à Iuſtiniano. l. pen. de nupt.*

VIII. *Ratione officii & adminiſtrationis* inter eum. 1. Qui in aliqua Provincia officium gerit, & inde oriundam vel ibi domicilium habentem. *Niſi aut officium finitum, aut ante ſuſceptum officium deſponſata fuerit, l. 38. l. 63. ff. eod.*

Sponſalia tamen ipſis non interdictum contrahere; quæ an velit eſſe rata, poſt depoſitum officium ex deſponſatæ voluntate pendeat, modo ſi rata eſſe nolit, arrhas reſtituat. d. l. 38. l. 65. §. 1. ff. eod.

Filias ipſis etiam in matrimonium locare & dotes conſtituere licet, d. l. 38. § fin.

2. Inter tutorem ejuſque filium & pupillam ſibi deſponſare & ducere, *l. 59. l. 64. §. 1. ff. eod.* Niſi rationibus redditis & effluxo tempore intra quod pupilla reſtitutionem in integrum poteſt petere, *l. 62. §. fin. ff. eod. Niſi à patre deſponſata, deſtinata, vel teſtamento nominata ſit, l. 36. l. 66. ff. eod.* Similiter inter omnes rationibus reddendis obnoxios, & eos quibus eas reddere neceſſe habent, ante eas quidem redditas. *vid. Briſſon. in tr. de connub.*

Qualés Curatores adoleſcentum; item ventri boniſque dati, *l. 67. §. 1. ff. eod.* qui ſe falſis allegationibus à tutela excuſarunt, *l. 60. ff. eod.* honorarii tutores, *d. l. 67. §. 1.* hæredes tutorum quamvis extranei; *d. l. 64. §. 1.* nepotes tutorum & curatorum, *d. l. 59.*

Qui cum tutor vel curator non ſit, negotia pro tutore vel curatore adminiſtrat non prohibetur, l. fin. C. eod. nec fidejuſſores, aut nominatores tutorum, aut magiſtratus qui eos dederunt.

Si avus tutelam geſſit, neptis ex filio emancipato natæ

natæ nepoti ex filio altero eam rectè collocabit. d. l. 67. §. 1.

Si filius tutor, vel curator ſit, pupillam patri non rectè nuptam dat. d. l. 67. §. 2.

VIII. Ob *flagitium* prohibetur raptor raptam ducere. *l. un. C. de rapt. virgin.*

Solâ lege prohibiti ad ſponſalia, & matrimonium ineundum, officio magiſtratus poſſunt admitti.

Modus contrahendi ſponſalia, & nuptias apud Romanos pro varietate temporum fuit varius. Eo tamen ſemper reſpexerunt Legumlatores, ut libera eſſent. *l.* 21. *& ſeq. l.* 28. *ff. de ritu nupt.*

Conſenſus ergò requiritur, & quidem 1. Ipſorum contrahentium, *l.* 4. *de ſponſ. l.* 2. *De rit. nupt.* (qui olim ſtipulatione tantum, hodie etiam pacto explicatur. *l.* 2. 4. 7. §. *de ſponſal.*)

Filiofamilias diſſentiente ſponſalia ejus nomine fieri non poſſunt. l. 13. ff. eod.

A patre tamen diſſentiendi licentia filiæfam. non conceditur, niſi indignum moribus, vel turpem ſponſum ei pater elegerit. l. 12. ff. eod.

2. Siquidem alieni juris ſunt; 2. juſſus eorum quorum ſunt in poteſtate. 22. *Inſt. de Nupt.*

Sed hic aliud jus marium, aliud fœminarum.

Si filius ſui juris eſt, injuſſu patris poteſt nuptias contrahere, etiam minor XXV. *annis, non filia. t.* 25. *De R. N. l. 18. l. 20. C. de Nupt.*

Ea ſi minor XXV annis ſui juris effecta ſit, matris & propinquorum conſenſum requirimus. *Quod primum in pupillis, l. 1. C. eod. mox etiam in viduis, d. l. 18. deinde in virginibus puberibus obtinuit. d. l. 20.*

Si de

Si de electione futuri mariti inter tutorem, matrem, propinquos non convenerit, ad arbitrium magiſtratus veniendum. d.l.1.l.3.ff.de admin.tut.

In filio, & quidem alieni juris, requiritur juſſus parentum; ſine ætatis diſtinctione, in filia ante XXV-*tum annum. Nov.* 118.§ *ſi alicui.*

Etiam avi, ſi pater in ejus poteſtate eſt. l. 3.*l.*16. §.1.*ff.de rit.nupt.* Quod & in filiofamilias milite verum *l filiusf.*35.*ff.d.tit.*

Si pater vel avus furore laborat, ſufficit alterutrius conſenſus, l.9.ff.eod.

Patre ab hoſtibus capto (ſi ubi ſit ignoretur) poſt triennium ſine ejus conſenſu nuptias recte contrahit. l.9.§. 1.l. 10. ff. eod. Ante contractæ etiam valebunt, ſi cum tali perſona contrahant, cujus conditionem pater non eſſet repudiaturus. l.11.ff.eod.

Juſſus autem, vel præcedere, vel in ipſa conventione interponi debet, nec ſufficit ratihabitio. *pr.Inſt.de nupt.l.5.C.eod.*

Sufficit tamen taciturnitas patris ſcientis quid agatur. *d.l.* 5.

Niſi iſte juſſus accedat; injuſtæ ſunt nuptiæ; injuſti liberi. (*Ne cui invito ſuus heres agnaſcatur. l.11.ff. de ſtat.hom.*) Niſi pater per furorem non poſſit conſentire, *Inſt. de nupt.* §. 1.*l.*25. *C.eod.*

Non tamen ita contractas diſſolvi, propter utilitatem publicam, æquius eſt. *l.* 12.§.3. *De captiv.& poſtl.rev. Paul. ſnt.*19.

Quorum conſenſus in ſponſalibus exigitur, eorum etiam exigitur in nuptiis. *l.* 7. §. 1. *ff. de ſponſalib.*

Conſenſus autem coëuntium inter præſentes pacto vel (& quidem eorum tantum) ſtipulatione; inter abſentes tantum pacto explicatur; etiam per alios ipſorum nomine; *Quo*

caſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

caſu neceſſe eſt, eos quos negotium contingit, ſcire id tractari, vel ſaltem poſtea ratum habere, l. 4. & 5. De ſponſ.

Solent autem plerunque ſponſaliorum conditiones per interpoſitas perſonas expediri, *l. fin. ff. eod.* quas proxenetas vocant in ſpecie.

Præmia autem quæ his dari ſolent (proxeneta dicuntur, *rubr. c. de ſponſ.*) conſtitutum ne vigeſimam partem dotis, vel donationis propter nuptias excedant, *conſtit fin. C. eod.*

Munera dari ſolent conſtitutis ſponſalibus, *rubr. C. de ſponſal. & arr. &c.*

Quæ ſunt 1. *Arrha ſponſalitia*, quæ in argumentum & firmamentum contractorum ſponſalium dabantur ſponſæ à ſponſo, *l. 38. De rit. nupt.* non viciſſim: Reddebantur ſponſo ſecutis nuptiis: non ſecutis: ſi quidem per ſponſum ſtetiſſet eas amittebat, alias ſponſa, (ſi per eam,) duplicatas reddebat, *l. 3. & 5. C. de ſponſal.*

2. *Sponſalitia*; quæ dat ſponſus aut ſocer, aut ſocrus, ſponſæ vel ſocero; aut contra ſponſa ſponſo: & apud eum qui accepit remanent, ſive ſecutæ ſint nuptiæ, ſive non ſint: mortuo eo cui datæ ſunt, danti non redduntur, niſi matrimonii futuri contemplatione data fuerint: tum redduntur donatori, ſi oſculum non intervenerit: ſecus non redduntur, data ſponſę à ſponſo; ſed redduntur data ſponſo à ſponſa ex parte dimidia, *l. ſi à ſponſo. 16. C. de donat. ante nupt. &c.*

Poſſunt verò eſſe nuptię licet ſponſalia nulla ſint, nec munera, *d. l. 3. & 5. l. 32. §. ſi quis ſponſam. De donat. int. vir. & uxor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT XIX.

Nuptiæ ſunt maris, & fœminæ conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens, §. 1. *Inſt. de patr. poteſt.*

Sunt vel *legitimæ* & juſtæ, puta ſecundum legum Romanarum præcepta contractæ, *pr. Inſt. de nupt.* Vel *illegitimæ* & injuſtæ, ita non contractæ, *arg. d. pr.*

Præcepta ea, ſunt vel de *perſonis*, (de quibus jam dictum) vel de *ritibus*, qui erant varii.

Initium nuptiarum eſt à conſenſu; *Ex quo nuptias conſenſus, non concubitus facere dicitur, l.* 30. *De R. I.*

Conſenſus (legitimus ſi eſt) tum demum nuptias facit, ſi fœmina deducta eſt in domum, *l.* 5. *De rit. nupt. l. pen. ff. de don. int. vir. & uxor.* & habetur affectione maritali: *l.* 32. §. 13. *ff. eod. l. pen. C. de repud.* aliàs facit ſponſalia, non nuptias, *l.* 4. *De ſponſal.*

Ducit quidem uxorem abſens per alium, ſed ipſa non niſi præſens ducitur, *d. l.* 5.

Sponſalia (hodie cum pacto fiant) utroque abſente, fieri poſſunt, *l. fin. De ſponſ.* non olim, *arg. l.* 1. *De V. O.*

Nuptiæ ita ſecundum præcepta Romana contractæ juſtæ dicebantur, & ex iis uxor juſta, *l.* 13. §. 1. *ff. ad leg. Iul. de adult.* & liberi juſti, legitimi, & in poteſtate patria, §. *fin. Inſt. de patr. poteſt.* Reliquæ injuſtæ, & illegitimæ: (Romanis quidem) licet juſtæ eſſent Jure Gent.

Præcepto tali quo neglecto in jus naturæ, vel gentium impingitur, inceſtæ nuptiæ ſunt: *l. fin. De rit. nupt. l.* 38. §. 3. *ff. ad l. Iul. de adult. l. fin.* §. *fin. De cond. ſin. cauſ.*

Tales ſunt factæ inter neceſſarios.

Et dicun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Et dicuntur in ſpecie inceſtæ quæ jure civili inceſtæ ſunt. *l. 8. De rit. nupt. ff. 38. §. quare. & §. inceſtum.* E. g. cum ſororis filia vel nepte, *l. 56. De rit. nupt.* amitâ vel materterâ, cum amitâ magnâ, hodie & cum fratris filia vel nepte, *d. §. quare. & §. inceſtum. Nov. 22. ubi Cujac.* Et ex affinibus, cum uxore fratris, vel cum ſorore uxoris.

Inceſtæ jure gentium, nefariæ dicuntur. E. g. contractæ inter parentes & liberos in infinitum, *d. l. fin. D. de rit. nupt.* inter fratres & ſorores, etiam vulgò quæſitos, *l. 54. l. 14. §. 2. ff. eod.* & ex affinibus inter eos qui parentum, & liberorum loco ſunt. *d. l. fin. De cond. ſine cauſ. l. fin. ff. ad l. Iul. de adult.* Item ſi quis ducat parentis concubinam. *l. 1. §. pen. ff. de concub.*

Dicebantur etiam inceſtæ nuptiæ cum virgine veſtali: Jure Canonico cum moniali contractæ.

Cum peregrinis contractę injuſtę ſunt, nonnullæ. *Vlp. in fragm. tit. 5. §. connubium habent.*

Non licet duas uxores habere eodem tempore. *§. affinitatis. Inſt. de nupt. l. 1. l. 12. §. quid ergo. De his qui not. infam.* nec cum uxore concubinam. *l. fin. § fin. De divort. Nov. 18. c. 5. Nov. 89. c. 12. §. 5.*

Nuptiæ ſunt vel primæ, vel poſteriores; Hæ permiſſæ magis quam probatæ. *Cujac. in par. C. de ſecund. nupt.*

Reprehenſionem tamen habent. 1. quas facit fœmina intra tempus luctus; *l. 1. C. de ſec. nupt.* cui olim menſes decem, *Harmenop. lib. 4. tit. 6.* hoc eſt, annus erat præſtitutus, *Macrob. Saturn. 12.* ut & nunc additis duobus menſibus, *l. 1. C. Th. de ſecund. nupt. l. 2. de ſec. nupt.* Quem etiam inter vivos ſoluto matrimonio exſpecta-

expectare debet, niſi maturius partus edatur, l.9.C.de repud.

Mas ſive morte, ſive divortio, ſoluto matrimonio, ſecundam uxorem ſtatim ducere poteſt, l.8.§.5.C.eod.

2. Quas quis facit exiſtentibus liberis ex nuptiis prioribus, (quod tam ad marem, quam ad fœminam ſpectat, utræque pœnis coërcentur. *De quib.ſub.titt. D.& C.ex.qu.cauſ. inf.irrog.tit.C.de ſecund.nupt.& tit.ſeq.&c.*

De dote & donatione propter nuptias.

CAPUT XX.

CОnſtituto matrimonio accedunt, *Dos* & *Donatio propter nuptias*.

Dos eſt jus in re marito conſtitutum, ad ſuſtinenda onera matrimonii, *l.7.D.l.pro oneribus.C.de jur.dot.*

Conſtituit eam aut ipſa mulier quæ ſui juris eſt, aut alius ejus nomine, pater, vel à patre extraneus; ſive ſit ſui, ſive alieni juris, *l.35.§. eod.Ulp.in fragm.tit.6.*

Conſtituta à patre, vel parente fœminæ paterno, virilis ſexus, de bonis vel facto ejus, & quidem ut parente, *profectitia* dicitur, *l.5.l.81. ff.eod.*

Adventitia verò, conſtituta ab extraneo, *Ulp.d.loc.d.l.5.§.11 ff. eod.l.un.§ & ut plenius. C.de rei uxor.act.* hoc eſt, quovis alio præter patrem vel parentem virilis ſexus animo patris donantem, *d.l.un.§.13.* etiam quæ à matre parentibuſque maternis, ſive ut parentes conſtituant, ſive non: *d.5.§.6.l.14. C. de jure dot.* multò verò magis quæ à propinquis, ſive paternis, ſive maternis, ac prorſus extraneis conſtituitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Imò verò etiam quæ à parente virilis ſexus non datur animo patris, ſed ut filiæ debitore, *d.l.5.§.6.& § pen.*

Dotare officium eſt parentum, *l.fin.C.de dot. prom.* adeò ut & avus paternus teneatur, *l. 33. De pact.l.6. De collat.bon.* Ad quod pater officio magiſtratus cogi poteſt, *l.19.ff.de rit.nupt.Niſi* 1. *ſit ære alieno obrutus,l.14.in fin.l.fin.§.1.ff.quæ in fraud.cred.*2.*Aut filia habeat unde dotetur,l.22. §.pen.ff.ad SC.trebell.* 3. *Aut ipſa ignominioſo nubat. arg. Auth. ſed ſi poſt. C.de inoffic.teſt.Gail.2. obſ.95.n.17.*

Conſtituere dotem quivis poteſt, cujuſcunque ſexus ſit, & conditionis, *l.41. pr. ff.de jur. dot.* etiam minor; modò conſtituat modicè, *l. un. C. ſi adverſ. dot. l. mulier. C. de jur. dot.* Extraneus ad id non tenetur.

Utraque dos vel eſt *Vera*, quæ accedit juſto, vel *putativa*, quæ injuſto matrimonio, *Gl. in l. dotale. verb. præſtaretur. De fund. dot.*

Quæ nuptiis nullis accedit ne putatur quidẽ dos eſſe, *§ ſi adverſus Inſt. de nupt. l.3. De jure dot.*

Conſtituitur dos in re qualicunque, etiam futura; modò in commercio ſit, aut eſſe poſſit, *l.1.C.de dot.prom.l.39.l.69.§.4.De jur.dot.*

Quanta eſſe debeat, nulla lege definitũ eſt.

Adeò ut fœmina univerſa ſua bona in dotem dare poſſit, *l.72.ff.l.nulla.C.eod.*

A dote res dotalis dicitur, *rub. C. de fund. dotal.* Unde fundi dotalis appellatio.

Conſtituitur vel *ultima voluntate*; teſtamento, codicillis, aliaque ſimili. Vel *inter vivos*, conſenſu.

Is ſi ſolus eſt, in pacto legitimo, vel ſtipulatione, *dos promiſſa*: ſi cum inſtrumento dotali, *dos cauta*: ſi data; *data*, vel *tradita* dicitur.

Pacta

Pacta dotalia non neceſſe eſt in ſcripturam edigi. *l.* 15. *C. de jur. dot.*

Faciunt dotem vel *certam*, cum apparet, quid, quale, quantum ſit, quod in dotem conſtituitur. Vel *incertam*, cum id non apparet. (Quæ niſi in arbitrium boni viri expreſsè collata ſit, in id reducenda. *l.* 3. *C. de dot. prom. d. l.* 69. §. 4. & 5.)

Sunt autem partim de *quantitate dotis*, ut certa ſit, & propter dotis repetitionem, mulieri ſalva, *l.* 2. *De jur. dot. l.* 1. *ff. ſol. matr.* Partim de *modo ejus conſtituendæ*, ob lucrum dotis, aliarumque circumſtantiarum, quæ ſoluto matrimonio conſiderantur; item ob æſtimationem dotis.

Datur enim dos vel *æſtimato*. i. e. pretio rerum dotalium deſignato, vel *inæſtimato*, *l.* 10. *& ſeqq. ff. de jur. dot.*

Illa viri, hæc uxoris eſt periculo, *d. l.* 10. *& ſeqq. l.* 10. *C. eod. l. un. §. cumque ex ſtipulato. C. de rei uxor. act.*

Illa indubiè in pleno mariti dominio eſt. De hac ſic diſtingue: Rei domina eſt mulier, juris in re conſtituti maritus, *l.* 7. §. 9. *l.* 75. *ff. & l.* 30. *C. de jur. dot.*

Qualiſcunque verò dos ſit, quoad commoda & emolumenta rei dotalis, maritus pro domino habetur, *d. l.* 7. *in pr. & paßim.*

Quia dos ad ſuſtinenda onera matrimonii conſtituitur marito, d. l. 30. *l.* 20. *C. eod. Si concurrat cum uxore contemplatione dotis, jus habet fortius, niſi uxor dotem repetat ſoluto matrimonio: d. l.* 20. *& paßim. C. eod. l.* 49. *in fin. ff. de furt.*

De dote ante matrimonium conveniri quidem poteſt, *d. l.* 10. § 4. *l.* 17. *l.* 41. *ff. de jur. dot.* ſed ea non debetur, niſi à die nuptiarum. Tradita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

dita res etiam non ante dotalis eſt, quam nuptiæ ſint ſecutæ, *d.l.7.§.fin.& paſsim.ff. eod.l.un.§ exactio.C de rei uxor. act.*

Donatio propter nuptias (olim ante nuptias dicta, §. 3. *Inſt. de donat.*) eſt quo ſponſæ à viro hypotheca conſtituitur in ſecuritatem dotis recuperandæ.

Ambulat iiſdem paſſibus cum dote, maximè, ut ejuſdem ſit quantitatis, eiſdem conditionibus fiant, & conſtante matrimonio ſimul augeri poſſint, *Nov.79.*

Fit non tam ob onera matrimonii, quam fœminæ ſecuritatem.

Dos nunquam inſinuatione opus habuit, *l. fin. C. de jur. dot.* Donatio propter nuptias ex conſtitutione Juſtiniani: *Nov.127.* ſi quingentos aureos excedat, ſine ea non parat marito æquale lucrum ex dote, in caſum mortis vel injuſti repudii.

Quicquid uxor ex iſta donatione, vel aliis mariti bonis lucratur, *dotalitium* dicitur.

Paraphernalia bona ſunt quæ mulier habet præter dotem, *l.9.§.3. De jur.dot.l.fin.C.de pact. conv.*

De ſponſaliorum vel matrimonii diſſolutione.

CAPUT XXI.

SPonſalia, ſive matrimonia, non niſi jure ſolvuntur, *l.35.l.100. De R.I.*

Et. 1. *Morte naturali* alterutrius, *l.* 14. §. 3. *ff. qui & à quib. man.*

2. Utraque ſolvuntur *civitate cum libertate amiſſâ.l.56.ff.ſolut.matr.l.1.ff.de divort.* Non tamen matrimonium cum liberta contractum, *l.45.§ fin.ff.de rit. nupt.*

3. De-

3. *Deportatione* ſponſalia quidem, ſed non nuptiæ, ſi contractæ & perfectæ ſint, *l.* 13. §. 1. *De don. int. vir. & uxor. l.* 24. *C. eod.* Jure videlicet Gentium. Quia Jure Quiritium quoad effectum nuptiæ non ſunt, *pr. l.* 56. *Cujac. in expoſ. Nov.* 22.

Captivorum tamen uxores, alii temerè nubere non poſſunt, quamdiu certum eſt maritum eſſe apud hoſtes: non ante quinquennium à tempore captivitatis; ſi id incertum, l. 6. ff. de divort. Nov. 22.

4. *Repudiis & Divortiis.*

Utraque fiunt utriuſque vel alterutrius conjugis tantum, conſenſu, non fictè, nec calore iracundiæ, ſed præmeditatò, *l.* 3. *l.* 7. *De divort.* atque adeò teſtato coram ſeptem civibus Romanis puberibus, *l.* 9. *ff. eod.* Secus jurgium potius eſt, ſeu fribuſculum, *l.* 31. *De jur. dot. l.* 32. §. 12. *ff. de don. int. vir. & uxor.*

In divortio requiritur præterea conſenſus eorum quorum in poteſtate ſunt.

Sponſaliorum ſolutio facilior eſt, quam nuptiarum.

Divortia mutuo conſenſu, ſeu bona gratia, *l. un.* §. *fin. C. de rei uxor. act. Nov.* 22. facta, improbata ſunt Novellis conſtitutionibus. *Nov.* 117. *Niſi ex cauſſa certa fierent. Cujac. in expreſ. d. Nov.* 22.

Alterutrius tantum voluntate fiunt. Vel *ex cauſſa*, eaque *communi*; puta adulterii, inimicitiarum capitalium (*ſub quibus comprehende inſidias ab altero alteri ſtructas*) & criminis læſæ majeſtatis. *Nov.* 117. *c.* 8. & 9. Vel *particulari: ex parte mariti.* 1. ſi cum extraneis, qui non ſunt propinqui, vel cognati, invito marito uxor convivetur, vel lavet. 2. Si extra domum mariti maneat, niſi ſit cum parentibus. 3. Si mari-

to ignorante, vel nolente ludis interſit, *d. Nov.* 117. *c.* 8. Ex *parte uxoris.* 1. Eſt lenocinium mariti, falſa de adulterio uxoris accuſatio. *d. Nov.* 117. *c.* 9. Vel *ſine cauſſa*, deſertione alterius conjugis injuſta. *De cujus pœna. d. Nov.* 117. *c.* 13.

Ex iiſdem cauſſis ſolvuntur ſponſalia.

Quæ ex quacunque cauſſa; etiam ſine ea mutuo conſenſu ſolvi poſſe videntur. Si tamen ſine cauſſa fiat, intereſſe eo nomine præſtandum videtur. Si juſta cauſſa abſit; alterutro non volente, renuntiationem placuit intervenire debere. *l.* 2. §. 2. *ff. de divort.*

Cauſſæ verò juſtæ quæ ſint, Judicis arbitrio relictum.

Solutis ſponſalibus ceſſant nuptiæ: ſolutis nuptiis etiam tolluntur omnia ſine quibus eæ eſſe non poſſunt. Ideoque dos repetitur; niſi pacto de lucranda dote aliter proviſum; vel ex juſta cauſſa matrimonium diſſolvatur; vel pacta ſpecialia repetitionem dotis inhibeant, *t. t. ff. C. ſolut. matr.*

Matrimonium etiam ob adulterium, ita ſolvi, ut & vinculum ſolvatur, & innocenti novæ nuptię concedendę, negant Canoniſtæ, *per c.* 1. *& c. quæſivit. de divort. c.* 1. *& ſeqq.* 32. *q.* 7. *c. quos Deus* 33. *q.* 2. *clar.* §. *adulterium. n.* 12. *Covarruv. lib.* 4. *Decret. p.* 2. *c.* 7. §. 6. *n.* 33. *& alii.*

De adoptionibus.

CAPUT XXII.

ADoptio eſt legitima hominis liberi in locum filii electio, *l.* 1. *De off. jurid. l.* 3. *D. de off. procon. l.* 4. *De adopt.*

Eſt

Eſt vel Arrogatio, vel Adoptio in ſpecie dicta, *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

Arrogatio eſt adoptio hominis ſui juris, *d.l.* 1. §. 1.

Fiebat olim lege Curiatâ apud populum; hodie lege Regiâ apud Imperatorem; vel, ejus conceſſu, apud magiſtratum, *l.* 2. *ff.* §. 1. *Inſt. eod.*

Peragitur cum *cauſſæ cognitione.*

In ea ſpectatur. 1. Cujus ætatis ſit adoptans, *l.* 15. §. 2. *ff. eod.* 2. Qualis vitæ, *l.* 17. §. 2. *ff. eod.* 3. An honeſta, & juſta arrogandi cauſſa: *d.l.* 17. & quidem ſive arrogandus major ſit, ſive minor.

Majoris voluntate ſolâ, minoris verò etiam impuberis non ſolâ, ſed accedente tutoris, aut curatoris autoritate, *l.* 8. *ff. eod. l. fin. C. de aut. præſt.* Et duobus quidem ab arrogatore cautis. 1. Se bona arrogati intra pubertatem defuncti, relicturum iis ad quos perventura fuiſſent, ſi in ſtatu ſuo manſiſſet, *l.* 18. *ff. de adopt.* 2. Se, niſi legitimâ de cauſſa, arrogatum nec emancipaturum, nec exheredaturum, ſecus, ſi faxit quartam bonorum ſuorum partem, præter arrogati bona, ipſi relicturum, non omnium, ſed portionis debitæ, §. 3. *Inſt. eod.*

Adoptio in ſpecie eſt hominis qui ſub poteſtate eſt, filiifam. vel filiæfam. §. 1. *Inſt. l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

Fit imperio Magiſtratus, *l.* 2. *ff. eod.* Sed ejus penes quem eſt legis actio, *l.* 4. *ff. l.* 1. *C. eod. l.* 3. *ff. de offic. proconſ.* voluntate adoptantis, adoptati, patris naturalis in cujus poteſtate eſt, conſenſu expreſſo, vel tacito, h.e. non contradicendo, *l.* 5. *ff. eod.* relictis ſolennibus antiquis, *per l. fin. C. eod.*

In adoptione ſufficiunt acta publica; in arrogatione deſideratur reſcriptum Principis.

Utraque adoptione jure Veteri acquirebatur indiſtinctè patria poteſtas. Novo idem eſt in arrogatione, *l. pen. & l. ult. C. eod.* ut arrogatus, liberi, bonaque ejus, in poteſtatem arrogantis conjiciantur, §. 11. *Inſt. l.* 2. §. *fin. l.* 15. *l.* 40. *ff. eod.* (unde arrogatio eſt modus acquirendi dominii.) In adoptione ſpeciali, ex conſtitutione Juſtiniani, §. *ſed hodie Inſt. eod. d. l. pen.* non niſi eo adoptante, in quo cum hoc vinculo concurrit vinculum juris naturalis. Si extraneus adoptat; acquirit adoptatus tantum jus ſuccedendi in bonis adoptantis, *d. l. pen. d.* §. *ſed hodie.*

Adoptio legitimus quidem actus eſt; *l.* 1. *De off. Iurid.* ſed naturam imitatus, §. 4. *Inſt. de adopt.* non conſiſtat inter eos qui per naturam liberi & parentes eſſe non poſſunt, *l.* 16. *ff. eod.*

Itaque adoptare non poteſt. 1. Infans & impubes. 2. Nec pubes ſi generare nequit, ut caſtratus, *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* Omninò verò qui propter accedens vitium non poteſt generare, quo remoto poſſit, §. 9. *Inſt. l.* 4. *ff. eod.* 3. Minor majorem, *d. l.* 4. 4. Vel æqualis æqualem: Sed debet adoptans XVIII annis, h. e. plenâ pubertate præcedere, *d.* §. 4. 5. Qui ipſe eſt in poteſtate alterius.

Similiter 1. Nec adoptat furioſus dum eſt in furore. 2. Nec tutor aut curator minorem, *d. l.* 17. 3. Nec fœmina; niſi Principis indultu, *l.* 21. *ff. eod.* 4. Nec liberos naturales & legitimos habens, *d. l.* 17. § *fin. ff. l. cum eum. C. eod.* 5. Nec peregrinus.

Adoptantur, maſculi, fœminæ, conjuncti, extra-

[e]xtranei; modo cum illis ſit legis actio.

Non ergò ſervi; §.*fin. Inſt. eod.* qui eo quod [a]doptantur, liberantur.

Adoptio non fit ad tempus, licet ex juſtâ [c]auſsâ diſſolvi ex poſt facto poſſit, *lib.* 34. *ff.* [e]*od.*

Utrimque requiritur conſenſus, in adoptan[t]e ſemper expreſſus: in adoptando tacitus ſufficit, ut ſi non contradicat, *l.* 5. *l.* 24. *ff. eod.*

In infantibus partim lex hunc ſupplet, partim parentes vel tutores, interdum ſervus ipſorum; aut ſi non habent, ſervus publicus.

Adoptio affert jus agnationis (non ſanguinis) in familia in quam adoptatur, *l.* 23. *l.* 26. *ff. eod.* Perimit in eâ ex quâ adoptatur; ſed ſub diſtinctione ſupra poſitâ, jure ſanguinis interim manente. *l.* 8. *De R.I.*

De legitimatione.

CAPUT XXIII.

Legitimatio eſt actio legis, qua liberi naturales efficiuntur legitimi.

Nempe ex concubinâ ſuſcepti; qui patrem, ſed non juſtum habent: *Cujac. in par. C. de nat. lib. & matr. eor.* non ſpurii, aut cæteri ex illicitis conjunctionibus nati; qui ne talem quidem patrem habere intelliguntur.

Fit vel *à patre ipſo*, liberis tamen conſentientibus, *Nov.* 89. *c.* 11. Idque vel *per matrimonium ſubſequèns*, factis ſuper eo ex conſtitutione Juſtiniani dotalibus inſtrumentis, *l.* 3. *l.* 10. *C. eod.*

Deventum tamen eſt eo, ut etiam (non quidē Jure civili, ſed interpretatione Doctorum) ſine iis, etiam jus ſuccedendi ſint conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

cuti, *Angel. in § Inſt. de nupt. Alex. in l. ex facto. §. ſi quis legatus. n. 19 ff. ad SC. Treb. & alii alleg. à Gabriel. de legitim. concl. 1. n. 11.*

Non diſtinguendum autem, an pater habeat liberos legitimos, nec ne: nec inter liberos ante, vel poſt illud matrimonium natos, *Nov. 12. & 47. c. 1. Nov. 89. c. 8. 9.*

11. Vel *per nominationem filii* in teſtamento, vel aliquo publico inſtrumento, *Auth. ſi quis. C. eod.*

Vel pater eam *impetrat ab alio.* 1. A *Principe* per ejus reſcriptum, *d. Nov. 89. c. 9.*

Puta ſi nulli ſuperſint liberi naturales & legitimi, & ſubſit juſta legitimandi cauſſa, de quo cognoſci debet; maximè ſi legitimatio fiat à Comite Palatino, *Aut. de Butr. in c. per venerabilem. col. 3. qui fil. ſint legit. Spec. de deſpenſat. §. qualiter autem. n. 3.* nec ſufficit generalis, ſed requiritur ſpecialis, quæ conveniat perſonis de quibus agitur, *Pariſ. conſ. 37. n. 6. & ſeqq. & conſ. 12. n. 163.*

Princeps poteſt legitimare, in terris in quibus nullum jus habet, ſi dominus loci in quo ſita ſunt bona & perſonæ conſentiat; ſi legitimatio facta ſit ad inſtantiam patris; Non aliter. *Decian. conſ. 90. n. 21. vol. 2. & Dd. com.*

2. A *Curiâ*. Si filius naturalis offeratur Curiæ civitatis ex qua oriundus, ut in Decurionum ordinem legatur & muneribus gerendis ſubjiciatur, teſte populo & actis intervenientibus: filia autem homini curialis conditionis elocetur. *l. quoniam. C. eod. Nov. 89. c. 2.*

Quod pater poterat ſive legitimos haberet, ſive non; non poterat tamen ex bonis oblato plus dare quam legitimo.

Vel filius ipſe ſe offert Curiæ, *Quod ei conceditur*

editur ſi patri nulli alii ſint liberi naturales, & legitimi ſimul, d. Nov. 89.

Iſtis omnibus modis fiunt quidem legitimi, & veniunt in poteſtatem patris: d. §. fin. Inſt. de nupt. Sed per oblationem Curiæ legitimatus fit ſoli patri legitimus, l. communium. C. eod. non etiam aliis ſed dicitur iis factus cognatus, d. Nov. 89. c. 4.

Per ſubſequens matrimonium & reſcriptum Principis legitimatus, etiam aliis legitimus eſt, & iure legitimorum fruitur, d. Nov. 89. c. 4.

Idem videtur de legitimatione per filii nominationem.

Optima eſt per ſubſequens matrimonium, c. tanta. Qui fil. ſint legit. vid. Tiraquell. de jure primogen. q. 34.

De diſſolutione patriæ poteſtatis.

CAPUT XXIV.

S*Olvitur patria poteſtas.* 1. *Morte naturali*; ejus quidem qui erat in poteſtate omni modo; qui habebat in poteſtate interdum ita ut in alium is recidat, e. g. patris, defuncto avo, *pr. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt ſolv. l. 5. ff. de his qui ſui vel al. jur.*

2. *Morte civili*, eodem modo, §. 1. *Inſt. eod.* Exceptâ illa quæ fit captivitate ab hoſtibus; qua propter jus poſtliminii & legem Corneliam, potius in ſuſpenſo eſt, §. 5. *Inſt. eod. l. 12. §. 1. De capt. & poſtl. rev.*

3. *Dignitate* ejus qui in poteſtate eſt, e. g. patriciatus, *l. fin. C. de conſul. l. fin. C. de decur.* §. 4. *Inſt. eod.* h. e. conſiliariorũ, conſularitatis, *d. l. fin. C. de conſul.* præfecturæ prætoriȩ, urbicariȩ, magiſterii militũ, Epiſcopatus. *Nov.* 81. *Auth. ſed hodie. C. de Epiſc. & Cler.* Idemque omni omnino di-

nò dignitate quæ liberat à Curiâ, *d. Nov.* 81.

4. *Expoſitione* infantum, *tit. C. de infantib. expoſ. lib. & ſerv.*

5. *Præſcriptione*; ſi pater diu, puta ad decennium, *l.* 16. §. *Ariſto. ff. qui & à quib. man.* paſſus ſit filium agere ut hominem ſui juris, *l.* 1. *C. de patr. poteſt.*

6. *Emancipatione*, quæ duplex eſt: *Legitima*, quæ fit ſecundum præſcriptum legis XII Tab. per imaginarias venditiones: *Cajus.* 1. *Inſt.* 6. & *Imperatoria*; & quidem vel *Anaſtaſiana*, ſecundum præſcriptum Anaſtaſii Imperatoris, qua per impetratum tantum reſcriptum judex competens in judicio docetur de emancipatione tam abſentis, quam præſentis, *l. pen. C. de emanc.* Vel *Iuſtinianea* qua tantum judex competens, vel magiſtratus cui hæc facere legibus & conſuetudine eſt conceſſum, docetur de emancipatione, citra principis reſcriptum, *d. l. fin.*

In legitima & Anaſtaſiana mutabatur familiâ; niſi qui emancipat per Principis reſcriptum familiæ jus retinuerit. In Juſtinianea, nullâ retentione opus; quia ipſo jure hoc fit à lege.

Ita cum ante, omni capitis diminutione jus adgnationis tolleretur ſemper: Juſtinianus recte dixit plerunque tolli: §. *fin. Inſt. de legit. agnat. tut.* quia minimâ hodie non mutatur ſemper familiâ; ſi illa emancipatione Juſtinianea fiat.

Omnis emancipatio fit inter volentes, niſi qua juſtâ de cauſsâ inviti ſint emancipandi, §. *cum autem. Inſt. de adopt. l.* 3. & 4. *C. de emanc. liber.*

CAPUT XXV.

I I. POteſtas privata *Adminiſtratoria*, eſt in hominem ſui juris. Eſtq; vel *tutela*, vel *cura*.

Tutela eſt jus tuendi impuberis, qui ſeipſum per ætatem defendere nequit, & pupillus dicitur, §. *pen. ult. Inſt. de Acil. tut.*

Cura eſt jus curandi puberis, qui ſe quidem, ſed non ſua negotia poteſt defendere, §. 1. *Inſt. de curat.* proprie minoris xxv annis, *d.* §. 1. & ad ejus exemplum etiam majoris, qui ob animi, vel corporis vitium rebus ſuis nequit præeſſe, §. 34. *Inſt. eod.*

Sic tutela eſt præcipuè perſonarum, per conſequentiam rerum: Cura præcipuè rerum, per conſequentiam perſonarum.

Dari tutores vel curatores poſſunt. Quivis etiam filiusf. & ſpado, *l. 7. De tut. l. 15. ff. l. 1. C. de excuſ. tut.* modò dari jure non prohibeantur.

Prohibentur ob *dignitatem*, Milites: *l. 4. C. qui dar. tutor. l. 8. De excuſ.* Ob *vilitatem*, ſervi: *l. 7. C. eod.* Ob *commodum pupilli*: vel *minoris*, debitores vel creditores ejus, *Nov.* 94. litigans cum eo, *d. Nov.* 94. bona ejus poſſidens, *Auth. minoris. C. qui tut. dar.* cohæres ipſi, *d. Auth. minoris.* alterius territorii, *l. 1. § fin. l. 24. ff. de tut. dat. l. 13. ff. fin. De excuſat.* Vitricus, *l. 1. C. ubi pup. educ.* ſuſpectus, *t. t. Inſt. de ſuſp. tut.* Ob *vitium corporis*, ſurdi, muti, *l. un. C. qui morbo.* cæci, *d. l. un. l. 3. C. qui tut. dar.* ſontico morbo laborantes, *arg. §. ſed & mente captis. Inſt. de curat.* *Animi*, minores, furioſi, prodigi, §. 2. *Inſt. qui teſt. tut. dar.* Ob *ſexus imbecillitatem*, mulieres, *l. fin. De tutel. l. 1. C. quan. mul. tut. off.*

Excipe aviam & matrem; modò renuncia-

verint ſecundis nuptiis, & SC. Vellejano, *Auth. matri & aviæ. C. eod.* Conſtitutum aliàs ut tutela eſſet munus virile, *l. 16. ff. de tutel.*

Furioſus, minor, teſtamento tutores dati, tum eſſe incipiunt, cum impedimentum eſt remotum, *§. 2. Inſt. qui teſt. tut. dar.*

Tutela & cura cum ſint munera ſaltem quaſi publica; *in pr. Inſt de excuſ.* tutor, vel curator datus eſſe cogitur, *l. 1. ff. de admin. tut.* Niſi ſe excuſet, aut à magiſtratu removeatur.

Excuſat ſe non niſi jure datus; non jure datus non indiget excuſatione; quia ne quidem tutor, vel curator eſt, §. 13. *Inſt. l. 13. §. fin. ff. de excuſ.*

Excuſantur autem. Vel *partim*, vel *in totum. Partim.* I. puta ab adminiſtratione rerum quæ ſunt in alia provincia, *l. 11. C. l. 19. l. 21. §. 2. ff. eod.* II. Ad *tempus*, veluti. 1. Si tutorem vel curatorem abeſſe oporteat Reipub. cauſſa; donec redeat, ab adminiſtratione excuſatur, *l. 1. C. ſi tut. vel cur. reip. cauſ. ab.* & à novâ tutela habet anni vacationem, *l. 2. C. eod. l. 10. ff de excuſ.* 2. Si res fiſci vel Principis adminiſtrat. §. 1. *Inſt l. 22. §. 1. l. 41. ff. eod.* 3. Si furore vel morbo temporali ſit correptus: *d. l. 10. § fin.*

In totum. 1. *Veterani honeſtè dimiſſi.* Exceptâ tutela vel cura filiorum conveterani, aut curâ unâ militis: à qua tamen itidem habet anni vacationem, *l. 8. ff. eod. l. fin. C. de excuſ. veteran.* 2. *Numero liberorum*, qui Romæ tres, in Italia quatuor, in Provinciis quinque liberos habet ſuperſtites, *pr. Inſt. de excuſ. l. 2. §. 1. ff eod.* 3. *Numero trium tutelarum, aut curarum* non affectatarum; nonnunquam unâ, ſi ſit negotioſa, *§. 5. Inſt. l. 3. ff. eod.* 4. *Quibus lis* de omnibus bonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

bonis pupilli, vel majore parte eſt, futurave eſt, §. 4. *Inſt. l. 21. ff. eod. Nov. 72.* 5. *Pauperes.* §. 6. *Inſt. l. 7. l. 40. in fin. ff. eod.* 6. *Imperiti literarum.* §. *ſimiliter. Inſt. l. 6. § fin. Inſt eod.* 7. *Inimicitiis capitalibus* cum patre pupillorum vel minorum, non reconciliatis, *d. l. 6. §. 17.* 8. *Qui* in patria ſua *artes liberales*, & *medicinam* profitentur, ac intra numerum ſunt, §. *item Romæ: Inſt. eod. d. l. 6. §. 1.* 9. *Nimiâ domicilii diſtantia* à loco quo bona pupilli vel minoris ſita ſunt, *l. 11. C. l. 19. l. 21. §. 2. ff. eod.* 10. *Majores annis* LXX. à nondum ſuſcepta ipſo jure; à ſuſceptâ propoſitâ excuſatione. Imò ſi ſe non excuſant removentur, ſed citra læſionem exiſtimationis, §. 13. *Inſt. l. 2. ff. eod. l. un. C. qui ætat. l. un. C. qui ætat. vel profeſſ.*

Excuſatio, ab eo tempore quo quis ſe tutorem vel curatorem datum novit, intra quinquaginta dies proponenda: poſt non auditur, §. 16. *Inſt. de excuſ. l. 13. §. 1. ff. l. 6. C. eod.*

De propoſitâ Magiſtratus cognoſcit intra quatuor menſes, *d. l. 13. §. 1. & ſeq.* Si juſta eſt; excuſans eſt extra periculum, *l. 16. C. eod.* Sin minus; omne periculum tutoris vel curatoris ad ipſum pertinet, etiam quod ante advenerit, *l. 1. C. ſi tut. vel cur. falſ. all. l. 6. C. de teſtam. tut.*

Removentur cum læſione famæ, ob crimen ſuſpecti.

Suſpectus eſt qui fraudulenter & negligenter in rebus pupilli & minoris verſatur, §. 5. *Inſt. de ſuſp. tutor.*

Fit ſcilicet ſuſpectus vel ob *dolum*, & eſt infamis; vel ob *culpam*, & non eſt, §. 6. *Inſt. eod.*

Remo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Removetur autem quamvis ſatisdationem offerat, §. *noviſſime.* 12. *Inſt. eod.*

Tutela eſt triplex. Prima eſt teſtamentaria, ſecunda legitima, tertia honoraria, *pr. Inſt. de leg. tut. pr. Inſt. de Athl. tut. l.* 11 *ff. de teſt. tut.*

1. *Teſtamentaria* eſt quando à patre teſtamento tutores dantur liberis qui ſunt in poteſtate, *l.* 1. *De teſtam. tut.* Eſt enim patriæ poteſtatis effectus hæc datio, *l.* 40. *De admin. tut.*

Teſtamento tutores jure dare non poſſunt, niſi qui liberos habent in poteſtate, nec dari niſi impuberibus, §. 3. *Inſt. de tut. d. l.* 1.

Dantur tamen de facto aliquando ab iis, qui non habent liberos in poteſtate; puta à patre filio emancipato, §. *fin. Inſt. eod. l.* 1. §. 1. *ff. de confirm. tut.* à matre, liberis, *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *De confir. tut. l. mater. C. de teſt. tut.* ab extraneo extraneis, *d. l.* 1. §. 1. *verſ. Ii autem.* Vel ab iis qui habent in poteſtate teſtamento imperfecto, vel per epiſtolam, vel fideicommiſſi verbis, *d. l.* 1. § 1. *verſ. ſi autem. l.* 3. *De confirm. tut.* Sed Magiſtratus confirmatione ſuppletur, quod juri deerat: In datis à patre indiſtinctè: *d. l.* 3. à matre & extraneo: ſi quidem heredem inſtituerint, aut aliquid alias ei reliquerint cui tutorem dederint, *l.* 7. *ff. l. fin. C. eod. l.* 4. *De teſtam. tut.*

Ex eâ confirmatione talis tutor eſt honorarius; (confirmare enim tutorem, eſt eum dare, *l.* 20. §. 1. *D. eod.*) Hoc caſu præfertur legitimo.

Contra matris voluntatem tutor datus removetur, citra exiſtimationis læſionem. *tit. C. ſi cont. matr. volunt. tut. dat. ſit.*

Dari teſtamento tutor poteſt quivis, cum quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

uo teſtamenti factio eſt, *l.* 20. § 1. *l.* 21. *De te-am. tut.* etiam ſervus cum libertate, ſive ex-reſsâ, ſive tacitâ, § *Inſt. qui teſt. tut. dar. poſs.* ea-ue tacita, ex conſtitutione Impp. Valeriani c Galieni, fideicommiſſaria; *l. etſi non adſcri-ta. C. de fideicom. libert.* quæ Juſtiniano directæ on abſimilis eſſe videtur, *d.* §. 1. *Inſt.*

11. *Legitima* (quæ, deficiente teſtamenta-iâ proxima eſt) ex lege defertur, *l.* 5. *De legit. utor.* Vel *verè*, quæ primo ex lege XII Tabb. olis adgnatis proximis maribus, ad quos pu-illi hereditas veriſimiliter eſſet perventura, . 1. *l.* 6. 7. 9. *ff. l.* 2. *C. eod.* §. 1. *Inſt. eod.* defereba-ur; deinde, ex conſtitutione Juſtiniani, *Nov.* 118. etiam proximis cognatis per fœminas, ndiſtinctè. Ratione duplici. 1. Naturali, in ju-e ſanguinis. 2. Civili, ut ſpes ſucceſſionis ubi eſt, tutelæ onus ibidem eſſet, *d. l.* 1. §. *in fin. Inſt. de patron. tut.*

Fallit tamen ultima ratio in ſorore adgnata, quæ hæres quidem proxima eſt, ſed non eſt tutrix; quia fœmina, *d. l.* 1. §. 1. *l.* 73. *De. R. I.*

Deinde per *interpretationem* etiam defertur patronis in libertos impuberes; *in pr. Inſt. de legit. patron. tut.* Quia nempe Lex definierat, ut bona libertorum, libertarumque ad patronos pertinerent; cenſuerunt prudentes ob eandem rationem, quæ eſt in lege XII Tabb. pertinere ad eos tutelæ onus, *d. tit. Inſt. & l.* 3. *ff. de legit. tut.*

Vel *quaſi*, quæ Ulpiano vice legitima, *d. l.* 3. § *fin.* 1. *Parentum, in liberos emancipatos* (per emancipationem enim fiebat pater, liberorum quaſi patronus) tanquam patronorum in libertos, *tit. Inſt. de legit. paren. tut.*

2. *Fidu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

2. *Fiduciaria* fratrum in impuberes, defuncto patre tutore, *tit. Inſt. de fiduc. tut. l. 4. de legit. tut.*

Utriuſque tutelæ quaſi legitimæ non amplius eſt uſus. Illius quidem; quia ex conſtit. Juſtiniani per emancipationem jus agnationis non tollitur, ideoque pater manet tutor jure adgnationis verè legitimus. Hujus; ob eandem cauſſam; & quia ex *Nov.* 118. inter adgnatos & cognatos ceſſat differentia.

III. *Honoraria* (quæ eſt abſolutè dativa, *l. 7. ff. rem pup. ſalv. fore. l. fin. C. de. legit. tut.*) eſt data à magiſtratu cui id jure competit, tutore legitimo & teſtamentario deficiente. Vel ex officio, vel requiſito. Hæc enim ſola petitur.

Petunt autem alii quam impuberes, neceſſitate mater, liberti; *l. 2. §. 1. ff. l. 2. l. 6. l. fin. C. qui petant tut. vel cur.* cognati cæteri voluntate ſuâ, *d l. 2. §. ff. l. 5. C. eod.*

Puberes petunt ſibi ipſis Curatores per ſe, ſi adſint: ſi abſint, per procuratorem, *d. l. 2. §. penult.*

Aliis minori curatorem petere non licet; *d. l. 2 § fin.* Niſi minor, admonitus, petere nolit curatorem ad litem, *l. 1. C. eod.*

Petuntur tutores & curatores in patriâ pupilli, ex qua per patrem oriundus, vel ubi habet patrimonium, Idque à Magiſtratu, *l. 27. De tutor. & curat. dat. l. un. C. ubi petant. tut. vel cur.*

Dabat autem tutores & curatores 1. Ex lege Atilia in Urbe Prætor urbanus, & major Tribunorum pars. In provinciis, ex lege Julia & Titia, Præſides, *pr. Inſt. de Atil. tut. &c.* 2. Ex conſtitutione Claudii, Conſules, *l. 1. §. 1. De confir. tut. Sueton. in vita Claudii.* Ex Antonini,

Capitol.

apitol. in vita Antonin. Prætor tutelaris ad hoc inſtitutus, *de quo ſup. cap.* 13. 4. Ex Juſtiniani, defenſores Civitatum cum Antiſtite, vel alii Magiſtratus, *§. 5. Inſt. eod.*

Clariſſimorum verò puberum vel impuberum ratio circa tutelam honorariam erat plane ſingularis. *De qua vid. tit. C. de tut. & cur. ill. vel clariſſ. perſon. & ibi. Cujac. in par.*

Tutorem habenti non datur tutor, §. 5. *Inſt. de curat.* niſi ex certis caſibus, qui plerique ſunt ex Senatuſconſultis, ex quibus ut tutor, *l. pen. De tutel.* ita & curator dari poterat; quare illud fit irregulariter; ut pupillus habeat curatorem, *l.* 13. *ff. eod.*

Caſus ſunt. 1. Si in locum abſentis Reipub. cauſſa tutor alius datur. *Is enim non deſinit eſſe tutor. l.* 1. *C. In quib. caſ. tut. bel. cur. hab. tut. l.* 12. *De tutel.* 2. Si tutor remotus ſit, ſubſtituitur ei alius, etſi alii adhuc ſint, & præſto ſit legitimus, *l. licet. C. eod. l. tutorem habenti. C. qui dar. tut. vel cur. poſſ.* 3. Vel ſi unus tutor ſit mortuus, etſi alii tutores ſint ſuperſtites, *l.* 3. *C. de tut. vel cur. qui ſat. non ded. l. in locum. C. qui pet. tut. vel cur.* 4. Excuſato, *l.* 2. *C. in quib. cauſſ. l.* 11. §. 1. *De teſt. tut.* 5. Deportato, *d. l.* 11. §. *fin.* 6. Relegato, *d. l. licet. d. l. in locum.* 7. In locum furioſi, ſurdi, muti, &c. *l. pen. De tutel.*

Curatorem habenti quo minus alius Curator detur, regula juris non eſt impedimento, *l.* 20. §. 1. *ff. de tutor. & curat. dat. &c.*

Cura eſt minorum puberum volentium tantum, § *item inviti: Inſt. de curat.* niſi ipſis detur curator ad litem, *d.* §. *inviti.* Majorum etiam nolentium.

Tales ſunt, furioſi, prodigi, mente capti, ſurdi, muti, & perpetuo morbo laborantes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

titt. ff. & C. de cur. fur. & aliis extr. min. dand.

Pupillo curator (ut dictum) anomalè datur; In illis maximè nobilis eſt qui ei datur quandò ei cum tutore ſuo lis eſt, §. *fin. Inſt. de author. tut. vel cur.*

Ex lege XII Tabb. duæ erant ſpecies Curæ. *Legitima* prodigorum, *l. 1. C. de cur. fur.* furioſorum, in ipſorum adgnatis & gentilibus; & ex conſtitutione Anaſtaſii etiam in cognatis, *l. 5. C. eod. Dativa* in minoribus, mente captis, ſurdis, mutis, perpetuò morbo laborantibus, *l. 2. De cur. fur.*

Teſtamentaria nulla erat; à teſtatore tantum datus confirmabatur à Magiſtratu, *l. 1. §. fin. De confirm. tut.*

Hodie nulla eſt legitima, quia à Magiſtratu omnes dantur ex legis permiſſione, *l. 1. l. 6. ff. de curat. fur.*

Circa *adminiſtrationem tutelæ & curæ* conſideranda. 1. *Confectio inventarii*, quæ fit coram Notario & teſtibus, quamprimum cum quis ſe tutorem & curatorem eſſe reſciverit, per inſtrumentum publicum, bonis omnibus per confinia, & valorem clarè deſcriptis, *l. 24. C. de admin. & peric. tut.* 2. *Cautio*, eaque juratoria, & ſatiſdatio: Illa mentem, & voluntatem, hæc & factum ſyncerum præſtat.

Satiſdatur autem vel fidejuſſoribus, *l. 4. ff. qui ſatiſd. cog. l. 4. §. 4. l. 7. ff. rem pup. ſalv. fore* vel bonis; *Quæ alioqui ipſo jure pupillo tacitè obligantur. l. 27. C. de Epiſc. aud. l. fin. §. 6. verſ. In provinciis. C. de cur. furioſ.*

Cautio iſta hodie ab omnibus tutoribus & curatoribus præſtari debet promiſcuè; *vid.* Policey-ordnung, *de anno 77. ſub. tit. 32.* & olim, exceptis teſtamentariis, §. 1. *Inſt. de ſatiſd. tut. d.*

l. fin.

fin. §. 5. *l.* 4. *l.* 17. *De teſt. tut.* & illis qui erant ati & electi ex inquiſitione, *d.* §. 1. *l.* 4. *C. de ut. vel cur. qui ſat. non ded.*

Conſiſtit autem adminiſtratio. I. *In perſonis* pupillorum vel puberum; tum *educandis* victum & amictum ſuppeditando, mores informando; *l.* 12. §. 3. *ff. de adm. tut.* Quod fit vel apud matrem viduam, vel apud alium ex decreto Prætoris aut Præſidis, *l.* 1. *C. ubi pup. educ. deb.* Tum *integrandis*, præſtando auctoritatem pupillis, & conſenſu puberibus in negotiis in quibus eſt opus.

Conſenſus & ante, & poſt actum intervenire poteſt. *Auctoritas* in ipſo actu. qui poſt *ratihabitio* dicitur.

Tutor ergò in ipſo negotio pupilli intervenire & conteſtari debet; alias nihil actum intelligitur, §. *tutor. Inſt. de auctor. tut. l.* 9. §. 5 *ff. eod.* Curator poteſt etiam poſt conſentire.

Auctoritas autem tutoris pupillo neceſſaria eſt, ſi ex negotio quod geritur pupilli conditio deterior poſſit fieri, non ſi melior, *in pr. Inſt. eod. l.* 189. *De R. I.* ſive de acquirenda obligatione & dominio, ſive de amittendo agatur, *l.* 11. *De acquir. domin.*

II. Conſiſtit adminiſtratio in rebus pupillorum, & puberum *conſervandis, diſtrahendis*, ſed non niſi ex *neceſsitate*; illis ſcilicet quæ ſervando ſervari non poſſunt, inutilibus, ſolvendo æs alienum, aut ſi non ſit aliud quo pupillus ali poſſit, *l. lex quæ C. de adm. tut. l. fin. C. ſi major fact.* Aut decreto Magiſtratus, in rebus immobilibus & mobilibus magni pretii, quas ne ex neceſſitate quidem citra decretum magiſtratus alienare poteſt, *l.* 1. *pr. &* §. 2. *De reb. eor. qui ſub tut. & cur.*

Alienatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Alienatio illarum ſine decreto facta nulla eſt; facta tamen à majore rata haberi poteſt, *tit. C. ſi major fact. alien. rat.* emptori etiam bonæ fidei conſulitur, *tit. C. ſi quis ign. rem. min.* & caſus ſunt quibus decreto non eſt opus, *tit. C. quand. decret. opus non ſit.*

Tenentur adminiſtrare omnes. 1. Niſi teſtator quem deſignaverat. 2. Aut ſatiſdans, aut ad ſatiſdandum provocatus. 3. Aut quem major pars contutorum vel curatorum elegerit. 4. Aut quem Prætor deſignaverit, *l. 3. §. 1. & §. fin. De adm. tut.*

Adminiſtrat autem unus, vel plures, *tit. C. ſi ex plur. tut. vel cur. omnes vel unus, &c.*

Qui non adminiſtrant, tutores tamen ſunt vel curatores, honorarii dicuntur, *l. 14. §. 1. De ſolut. d. l. 3. §. 2.*

Tutoribus vel Curatoribus non licet fiſci vectigal conducere, vel quem fiſcalem contractum inire, *l. 1. § 9 ff. ad l. Corn. de falſ. tit. C. ne tut. vel cur. vectig. cond.*

Pro tutore & pro curatore dicuntur, qui pupillorum vel puberum negotia gerunt, ſive putent, ſive fingant, ſe tutores vel curatores eſſe, *l. 1. §. 1. ff. de eo qui pro tut. vel pro cur. neg. geſ.* Quibus ſimilis falſus tutor eſt; qui ne ſuâ quidem opinione tutor eſt; ut tutor tamen ſe gerit, *de quo tit. ff. quod falſ. tut. aut. geſt.*

Periculum omnium tutorum & curatorum quodammodo æquale eſt, quod inter ipſos eſt; ſed quoad pupillos vel puberes, idem omnino, *tit. C. de peric. tut. & cur.* Nec finitur, niſi redditis rationibus, & reſtitutâ tutelâ curatori.

Finitur tutela & cura. 1. Morte naturali al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

erutrius indiſtinctè, §. 8. *Inſt. quib. mod. tut. fin.* 2. Civili; ſed amiſsâ libertate & civitate, non familiâ, §. 4. *eod.*

Tutela ſola finitur pubertate; *in pr. eod.* Poſt quam incipit cura; quæ deſinit in mari & fœmina XXVto anno, in cæteris, ſublato impedimento: *l. un. C. qui num. liber.*

Sola teſtamentaria finitur eventu temporis, & conditionis; non alia; non etiam cura, §. 2. *eod.*

De actione tutelæ, aliiſque eo pertinentibus dicetur libro ſequenti.

De obligationibus, altera juris perſonarum parte.

OBLIGATIONIS DEFINITIO ET diſtributio.

CAPUT XXVI.

ALterum caput in quo ſpectatur jus perſonarum eſt *Obligatio:* quæ eſt jus perſonæ, quo perſonam aliam ſibi habet obligatam ad ſolvendum id quod debet, *in pr. Inſt. de obligat.*

Eſt in eo ut quid fiat, vel præſtetur, res vel perſona, res ipſa vel intereſſe, vel utrumque, *l. 7. ff. de pact.*

Doctrina ejus conſiſtit in eâ conſtituendâ, vel diſſolvendâ.

Eſt autem obligatio ex origine vel *naturalis*, nixa tantum naturali jure: qua quis adſtringitur ad ſolvendum id, quod naturaliter debet, *l. 65. §. 4. De ſolut. Pet. Fab. ad l. 64. ff. de R. I.* Vel *civilis*, qua obligatur quis ad ſolvendum id quod civiliter debet, *d. pr.* Vel *mixta*, quæ nititur utroque jure, & naturali & civili, & collata cum ſimpliciter naturali, civilis dicitur.

Ex

Ex omni unus creditor eſt, cui debetur, alius debitor, qui debet: *l.* 10. *l.* 11. *l.* 108 *De V.S.*

In contractibus ſpecialius creditor dicitur, qui fidem alterius ſequitur: Debitor, cujus ſequitur, l. 1. *ff. de reb. credit. d. l.* 10. *Specialiſsime in contractu mutui, creditor qui dat, debitor qui accipit pecuniam mutuam. d. l.* 3. §. 3. *ff. ad SC. Maced. l.* 4. *l.* 15. *ff. de reb. cred.*

Obligationes naturales de jure Juſtinianeo exiguæ ſunt efficaciæ, ad agendum omnino inutiles, *l.* 127. *ff. de V.Q. d. l.* 10. *in fin.* alicujus tamen efficaciæ in jure compenſandi, *l.* 6. *l.* 10. *ff de compenſ.* excipiendi, *l.* 7. § *quinimò. ff. de pact.* & ſoluti repetitionem impediendi, *l.* 10. *ff de O. & A.*

Volunt quippe Juriſconſulti eas æſtimari ex duabus, 1. Si obligatio ſit, nec tamen actio detur. 2. Si ex obligatione illa debitum ſolutum ſit, nec repeti poſſit, *l.* 16. §. 4. *De fidejuſs. d. l.* 10. *De O. & A.*

Civiles & mixtæ obligationes ſunt, vel *Verè* civiles, quæ proficiſcuntur ex aliqua Juris Civilis parte; lege, ſenatuſconſulto, plebiſcito, conſtitutionibus Principum, reſponſis prudentum. Vel *Quaſi*, quæ Prætoriæ, ex juriſdictione Prætoris, vel alterius Magiſtratus, cui id jus eſt, datæ, §. 1. *Inſt. de obligat.* vel in ſubſidium, vel confirmandarum aliarum, vel reprimendæ hominum improbitatis cauſsâ.

Factum, ex quo oritur obligatio, eſt *Conventio*, vel *Delictum* ipſius qui obligatus eſt, idque vel mediatè, vel immediatè.

Etenim alterius facto nemo obligatur, nec poteſt quis alteri paciſci, nec ſtipulari, niſi ſuâ interſit. §. 19. *Inſt. de inutil. ſtipul. l.* 73. § *fin. De R.I. l.* 38. §. 17. *De V.O.*

Mediatè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Mediatè aliquis facit, ſi facit per eos qui ſunt in ipſius poteſtate. *Vel verè*, ut liberi, ſervi proprietate, vel uſufructu noſtri. Vel *quaſi*; ut domeſtici, famuli, inſtitores, executores, procuratores.

Extra hos ut dominium, ita nec nobis obligatio acquiritur per perſonas extraneas.

De Conventione.

CAP. XXVII.

CONventio, eſt duorum pluriumve conſenſus in idem, dandi vel faciendi *l.* 1. §. 3. *ff. de pact.*

Eſt illorum qui *naturâ* poſſunt conſentire, & quibus id *jure* permiſſum.

Natura non poſſunt, 1. minores *per ætatem*, ſed diverſimodè.

Infantium nulla conventio eſt, quæ quidem ex perſonis illorum initium capiat, nulla obligatio. §. 10. *Inſt. de inutil. ſtipul. l* 5. *in fin. De R. I.*

Impuberum infantiæ proximorum etiam nulla eſt, jure ſtricto: Ex benigniori juris interpretatione poſſunt obligari aliis, & ſibi alios obligare, accedente tutorum auctoritate. *l.* 9. *De auct. tut. d. l.* 5. *l.* 189. *De R. I.*

Pubertati proximi eandem deſiderant, quâ interveniente ipſo jure ex ſuâ conventione obligant & obligantur.

Utrique ſine eâ conditionem ſuam meliorem facere poſſunt, non deteriorem. *pr. Inſt. de auct. tut. l.* 21. *ff. de pact.*

Ex quo eſt illud: Pupillum ſine tutoris auctoritate non obligari jure civili. *l.* 43. *ff. de O. & A.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Nec naturali apud Romanos obligatur, n
ſi factus ſit locupletior. *l. 59. ff. eod. l. 41. L
cond. indeb. l. 13. §. 1. ff. eod. l. 5. ff. de auctor. tu*

Minores puberes poſſunt conveniri, & e
conventione ſuâ obligantur, ſive habeant, ſ
ve non habeant curatores. *l.* 101. *De V. O.*

2. Ob *animi vitium* non poſſunt conſenti
furioſi, prodigi; Illi quidẽ omninò: *l. 1. §. furi
ſum. De O. & A. l. 70. De fidejuſſor.* Hi, ſi quide
conditio ipſorum inde poſſit fieri deterior.
12. *De contr. emt. l. 12. De uſucap. l. 6. De V.*

Nullum corporis vitium omnem omni
conventionem impedit.

Mutus & ſurdus ſtipulari, & alios quoſda
contractus inire non poſſunt, *l. 1. De V.*
convenire tamen poſſunt, ſi quoquo mo
ſciant quid agatur. *l. 4. §. De pact.*

Ad conventionem quod attinet, parum;
effectu ejus. h. e. obligationis reſpectu, mu
tum refert, ſui juris ſit qui convenit, aut ali
ni. Qui ſui juris convenit, ſe quidem, ſed n
alium obligat; *l. 11. De O. & A.* alium etia
is qui eſt alieni juris.

Nempe qui cum filiofamilias contrahi
& ipſum filium, & quidem in ſolidum hab
obligatum, *l. 57. De judic. l. 58. §. 2. ff.
ſocio.* Et patrem, ſed peculio tenus.

In ſervo alia eſt ratio; ut qui ex ſua co
ventione de jure noſtro nec creditor eſt, n
debitor *l. 14. De O. & A. l. 41. De pec*
cum ex conventione filiifamilias & ipſe
juxta ipſum pater eſt creditor, & debitor.

Conſenſus in conventione 1. vel eſt *ver*
interveniente revera facto hominis in id d
ſtinato, ut per illud conſentire dicatur. Iſq
vel *expreſſus*, vel *tacitus*, *l. 2. De pact.* Puta cu
q

nis conſentit non diſſentiendo: cum inte-
m actum qui geritur ſi diſſenſiſſet prohibe-
potuiſſet. *l.2.ff.ad munic.l.7.§.fin. De decur.*
Vel *fictus*, à lege ſcilicet; cum quidem non
nſtat de utriuſque partis conſenſu: eo ipſo
men quod quid factum, utraque conſenſiſſe
ngitur, ob naturam negotii quod inter u-
amque eſt.

11. Eſt vel *purus*, vel *conditionalis*. Unde ob-
gatio alia eſt *pura*, quæ quam primum exi-
it, & nulla conditione ſuſpenditur: Idque
el ita ut ex obligatione ſtatim cum effectu
gi poſſit, *l. 213. De V. S. l. 24. De oper. libert.*
ue eſt pura ſimpliciter) vel ut obligatio qui-
em ſtatim ſit, ſed propter diei adjectionem
lutio differatur; hoc eſt, non omnino pura
t, *d.l.213.l.10. De cond. ind.* Alia conditiona-
s: quæ differtur in eventum aliquem incer-
um: Hujus effectus omnis in eo eſt, ut ſi con-
itio extet, ad tempus conventionis retro-
ahatur, & perinde habeatur, ac ſi purè con-
entum eſſet: *l.54. De V.S.l.4. De ſepar.l.16. De*
nd.ind. Alias eſt mera conventio, ex qua nul-
a oritur obligatio. *§. ex conditionali. Inſt. de V.*
. l.42. De O. & A.

Conditio autem debet eſſe in facto & jure
oſſibilis, alias ne conventio quidem eſt, §.
1. *Inſt. de inutil. ſtipul. l. 183. De R.I.*

De pollicitatione.

CAPUT XXVIII.

Conſenſus rurſus eſt, vel ſolus, vel cum cauſ-ſa: Solus *in pollicitatione* & *pacto*.

Pollicitatio eſt conventio ab uno ſpontaneè oblata, *l.3. De pollic. l.un. C. de ratioc. oper. publ.*

Fit vel Deo, & *Votum* dicitur. *de qua in l.2.*

ff. eod. Vel homini, & nomen retinet: Idq
vel Reip. vel privato.

Votum præſtitum ab eo qui ſui juris eſt, oblig d.l.2. §.1. à ſervo, ſi quidem domini: à filio, ſi pat juſſu, factum, d.l.2. §.1.

Pollicitatio ſpecialis quævis efficax non eſt cauſſa, cur fiat, nulla ſit, niſi facere cœperit, l. & ſeqq. ff. eod. Privato facta ne quidem produ obligationem, etſi cauſſa ejus facienda ſit, vel e poßit.

De Pactis.

CAPUT XXIX.

PActum eſt conventio nudo placiti fine conſiſtens. (*Cujac. in par. ff. & C. hic.*

Eſt I. *Legitimum*, quod cum ſit juris ge tium, tamen jure civili eſt confirmatum, *l. ff. hic.* ſive ſtrictè ita dicto ſive prætorio.

Ex SCto nullum eſt. Ex lege XII Tab. du Pactum 1. de injuria illata, 2. de lite. *Cuja in d.l.6.*

Ex conſtitutionibus. Unum *ex l. ad act nem, C. de dot. exprom.* Alterum *ex l. ſi quis arge tum. §. fin. C. de donat.*

Ex jure prætorio duo. 1. Pignoris, qu jure prætorio pacto nudo conſtituitur & h potheca dicitur, *l. 1. De pign. act.* 2. Conſtit ti. *l. 1. De conſtit. pecun.*

Ex pactis legitimis, & naturalis & civi naſcitur obligatio. De quibus accipe, quod d citur; Pacto naſci & tolli obligationem, *d.l.*

II. Cætera ſunt *juris gentium*, ad civile obligationem inducendam inefficacia, *l. 5. 2. De ſolut. l. 5. C. de pact.* Contractibus addi non exigui ſunt momenti.

Prætor tamen ea cuſtodit, dando illis

æqu

quitate exceptiones, non actiones, *l.* 7. *ſed cum nulla.ff. l. legem quam. C. de pact.*

Pacta, ſunt vel *perſonalia*, vel *realia*, *d.l.* 3. §. 8. el perſonæ cum qua, vel rei, ob quam fiunt, ntuitu.

Perſonale pactum alteri perſonæ neque rodeſt, neque nocet; *l.* 25. §. 1. *l.* 27. §. *pacta.* *l.* 24. & 25. *C. eod.* adeò ut ne quidem ad heedes pertineat; *d. l.* 25. §. 1. Realia tranſeunt n ſucceſſorem tam univerſalem, quam ſingurem.

De Contractibus.

CAPUT XXX.

Conſenſus ſi cauſſam habet *Contractus* dicitur. qui definitur, Conventio cum cauſſa, .7. *De pact.*

Cauſſa eſt negocium, *l.* 15. *in fin. De præſcr. verb.* Ex quo, à jure probato, obligatio eſt & ctio.

In contractu omni eſt datio vel factum, .3. *De O. & A.* Vel utrumque, *l.* 5. *De præſcr. verb.* e.g. do ut des, vel facias: Facio ut des, vel facias: vel facio & do, ut facias: vel des tantum, vel ut des & facias.

Conſideranda autem contractuum *Subſtantia*, *Adjuncta*.

Contractuum omnium Subſtantia, eſt in *Conſenſu* & in *Cauſſa*.

Hinc ſunt vel *veri* contractus, habentes verum conſenſum in id ordinatum, ut contractus, & ex eo obligatio ſit; eumque vel expreſsè, vel tacitè interpoſitum. Vel *quaſi* contractus; §. 2. *Inſt. de oblig.* in quibus conſenſus fingitur.

Inter veros & quaſi contractus quoad effectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

non eſt differentia; ſed plerique omnes obligationem & actionem indifferenter habent.

Error, aut dolus in conſenſu, aut re, ob quam contractus initur, contractum, aut omnino nullum, aut ſine effectu reddit. l. 55. De O. & A.

Cauſſæ reſpectu, contractus eſt vel *nominatus*, qui formam & nomen à Jure Civili accepit, *l.* 3. *De præſer. verb.* Vel *innominatus*, qui talem formam & nomen non habet.

Ille dicitur etiam *certus*; quia forma, numero, & nomine certus eſt; Hic *incertus*; ut in generali appellatione conſiſtens, *l. 9. De reb. cred. l. 18. De acceptil.*

De contractibus nominatis verum eſt quod dicitur, regulariter contractu perfecto pœnitentiæ locum non eſſe; id eſt, altera parte invitâ ab eo non poſſe recedi, ſed conſummandum, & rem, vel intereſſe præſtandum, l. 58. De pact. l. 72. ff. de contr. empt.

Licet verò contractus nominati formam & modum habeant à Jure Civili, *d. l.* 3. quidam tamen cauſſam in jure gentium habent. Undè, ratione originis, alii juris Gentium, alii juris civilis eſſe dicuntur, *d. l. 7. De pact.*

Similiter, licet plerique contractus ſuper re aliqua fiant, & in omnibus conſenſus requiratur: tamen dicuntur quidam re (reales dicti) quidam conſenſu iniri, §. *fin. Inſt. de obligat.* Sic diſtincti, quod alii conſenſu ſolo perficiantur, ut non ſit neceſſe rem præſentem eſſe, & in aliis verò res debeat eſſe præſens, & neceſſariò tradi.

Contractus ergò reales ſunt, quibus re traditâ, & acceptâ obligamur ad rei ejuſdem reſtitutionem; vel ſi id fieri nequeat, ad ejus æſtimationem atque intereſſe.

Sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Sunt quatuor. Mutuum, Commodatum, Depoſitum, Pignus.

Omnes ſunt gratuiti; & mercede interveniente degenerant in aliorum contractuum naturam.

In contractibus realibus res quæ in contractum venit, & contractus ipſe eodem vocabulo ſolent appellari.

De Mutuo.

CAPUT XXXI.

M*Utui datio*, eſt contractus realis, quo rem in quantitate conſiſtentem, ita damus, ut qui accipit eandem reddat, non quidem ſpecie, ſed genere. *pr. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l. 2. De reb. cred.*

Res mutuum, *d. l.* 2. Dans mutuans dicitur, Accipiens mutuatarius.

Mutui datio eſt, vel *vera*; quæ ab initio ſtatim traditione & acceptatione rei perficitur; vel *quaſi*; quæ ex poſt facto inducitur.

Et quidem 1. *Prioris contractus innovatione*; puta ſi poſtea conveniat, ut pecunia quam apud te mutuo depoſuiſſem, tibi eſſet mutua. *Cujac. 8. obſ. 8. per l. 9. §. fin. & l. 11. De eod.* 2. *Conditionis interpoſitæ eventu*. Tametſi eveniente conditione habeatur, ac ſi nunquam fuiſſet interpoſita: *l. 8. l. 19. ff. eod.* 3. Si res data non eſt dantis propria, conciliatur mutuum, ſi uſucapiatur, *l. 15. §. 1. ff. de cond. indeb.* vel conſumpta ſit, ut amplius non extet, *d. l. 11. in fin. & ſeqq.*

Regulare eſt, ut qui rem dat mutuam, ejus ſit dominus, d. l. 2. §. 4. adeoque rem tradendo dominium ejus transferat, ſi ipſius ſit; ſi non, uſucapiendi conditionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Dantur mutuo ſolum res in quantitate conſiſtentes, h. e. quæ numerari, ponderari & menſurari ſolent, & quarum una, vice alterius fungi poteſt, fungibiles inde dictæ, *d.l.* 2. §. 1.

Nempe quod in iis eadem quantitas & qualitas eadem, facit ut res ſpecie, ſeu individuo (ut alii dicunt) diverſæ, eædem ſint genere, ſeu ſecundum alios, ſpecie, *l.* 5. *De reb. cred. l.* 1. §. 1. *ff. de O. & A.*

Numerum habet pecunia; menſuram frumentum, oleum, vinum; &c. pondus, caſei & alia ejuſmodi.

Ex SC. Macedoniano non recte mutuo datur pecunia iis, qui ſunt in poteſtate parentum, *l.* 3. §. *pen. ff. de SC. Maced.*

Ceſſat tamen SCtum. 1. Si filiusfamilias ſimulaverit & creditori inſcio perſuaſerit ſe patremfam. eſſe, *l. pen. ff. l.* 1. *C. eod.* 2. Si pro tali publicè habeatur, & creditor fuerit in tali errore, *l.* 2. *l.* 3. §. *fin. ff. eod.* 3. Si pecuniam mutuarit juſſu & voluntate patris, *d. l.* 2. *l.* 4. 5. *C. eod.* vel ſi is ratum habuerit, *l. fin. C. eod.* 4. Si filiusfam. ſit miles, tenetur ad quantitatem peculii caſtrenſis, *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *ff. eod.* 5. Si pecunia accepta in eam rem quæ incumbit oneribus patris, *l.* 7. §. 2. §. 13. *ff. l.* 2. *l.* 5. *C. eod.* 6. Si filiusfam. paterfam. factus, debitum agnoverit; puta ſi expromiſerit novatione factâ, vel partem ſolverit, *d. l.* 7. §. *fin. d. l.* 2. *C. eod.* 7. Si contrahat mutuum, non principaliter acceptis nummis, ſed contrahat emptionem ſine fraude SC. Macedoniani, & de precio atque uſuris in creditum eat interpoſitâ ſtipulatione, *d. l.* 3. §. *pen. & l.* 3. *C. eod.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT XXXII.

Commodati datio, eſt contractus realis, quo res aliqua gratuito utenda alicui conceditur, ut ipſa in ſpecie reſtituatur, §. 2. *Inſt. quib. mod. re cont. obl. l.* 1. §. 3. *De O. & A.*

Res commodatum, dans utendum commodans, accipiens commodatarius dicitur.

Eſt ex uſu duplex. 1. *Propriè dicta*, qua res ad certum aliquem finem & uſum datur, quo finito demum, & non ante, ea reſtituatur, *per. l.* 1. *& t. t. ff. oommod.* 2. *Precarium*, quo res ita datur utenda, ut danti reſtituatur, quandocunque ipſi libuerit, *l.* 1. *ff. de precar.*

Commodari poſſunt res quævis, corporales, incorporales, mobiles, immobiles, modò earum poſſit eſſe aliquis uſus, *l.* 1. §. 1. *ff. commod. ubi Bart. Bald.*

Quarum vel nullus, vel talis tantum uſus eſſe poteſt, quo res omnino abſumatur, (puta pecuniæ) earum nec commodatum eſſe poteſt, niſi ad oſtentationem: ut, ſi quis dicis cauſſa pecuniam mutuam accipiat. *l.* 3. §. *fin. l.* 4. *ff. eod.*

Quæ uſu modò atteruntur, commodato dari poſſunt. Eædem enim reſtitui intelliguntur, licet deterioratæ; Niſi deteriores factæ ſint culpa commodatarii. Ideoq; vel intereſſe deteriorationis, vel loco rei omne intereſſe reſtituendum.

Differt ergò hic contractus à mutuo. 1. *Forma*; h. e. in uſu, qui in mutuo eſt abuſus. 2. *Fine*; In mutuo enim res eadem in genere, hic in ſpecie reſtituenda; 3. *Objecto*; In mutuo non veniunt res niſi dantis propriæ, in commodato etiam alienæ, *l.* 15. *ff. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De Depoſito.

CAPUT XXXIII.

D*Epoſitum* eſt contractus realis, quo res mobilis gratis datur cuſtodienda, ut eadem in ſpecie reſtituatur, quandocunque libuerit deponenti, *l.* 1. §. *is quoque. ff. de O. & A. l.* 1. *& paßim ff. depoſiti.*

Dans deponens, Accipiens depoſitarius dicitur.

Natura hujus contractus eſt in cuſtodia, eaq; gratuita, rei depoſitæ, non ejus uſu vel abuſu.

Cuſtodia ſi eſt rei non litigioſæ, ſive deliberato conſilio, ſive neceſſitate ruinæ, incendii, vel naufragii; *propriè depoſitum: l.* 1. §. 1. 2. 3. *ff. eod.* ſin litigioſæ, *ſequeſtratio, l.* 5. *l.* 12. *l.* 17. *ff. eod.* dicitur.

Eſtque vel *conventionalis*, partium voluntate facta, *l.* 39. *De ſolut. l.* 39. *De acquir. vel amit. poß.* Vel *Iudicialis*, facta magiſtratus competentis auctoritate, etiam parte utraque, vel alterutrâ invitâ, *Exempla in l.* 16. *De off. præſid. l.* 7. §. *fin. ff. qui ſatiſd. cog. l.* 21. §. *fin. De appell. l.* 11. §. 1. *D. ad exhibend.*

Illa poſſeſſionem controvertentibus aufert, & ſequeſtri tribuit, ut victori illam reſtituat: *Niſi expreßè convenerit, ut detineat tantum, non poßideat, l.* 17. §. *fin. ff. depoſ.*

Hæc non poſſeſſionem aufert, ſed ſuſpendit, donec vel inter partes de lite convenerit, vel Judex quis poſſeſſor ſit, vel eſſe debeat, declaraverit, *d. l.* 39. *De acq. vel amitt. poſſ.*

Et putatur regulariter eſſe illicita, *l. un. C. de prohib. pecun. ſeq. Mynſ.* 5. *obſ.* 35. *n.* 3. nec facienda, niſi urgentibus cauſſis, *l.* 1. §. *ſi frater. De collat. l.* 9. §. 3. *ff. de dol. mal. c.* 1. *de ſequeſt.* E.g. ſi

peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

periculum armorum, *l.* 13. §. 3. *De uſufr.* dilapidationis rei litigioſæ ſubſit: ſi debitor de fuga ſuſpectus, *d. l.* 7. § *fin. d. l.* 21. §. *fin. l.* 22. §. 8. *ff. ſolut. matr.* Denique ſi quomodocunque periculum ſit in mora, & neceſſitas poſtulet. *Gail.* 1. *obſ.* 148. *Mynſ. de obſ.* 35. *n.* 4.

Verum ne fiat, facit oblata & præſtita ſatisdatio. *l. fin. C. de ordin. cogn. l. litibus. C. de agric. & cenſ. lib.* 11.

Depoſitum eſt rerum mobilium; ſequeſtratio etiam aliarum.

De Pignore.

CAPUT XXXIV.

PIgnus Vel pro conventione accipitur, Vel pro re quæ in conventionem venit.

Generaliter *pignus*, eſt conventio, qua creditori jus in re alicujus conſtituitur, ut debitum ipſi ſit tanto tutius. §. *fin. Inſt. quib. mod. re cont. obl. l.* 1. §. *jubet. De coll. bon.*

Species duæ ſunt. *Hypotheca*, & *Pignus in ſpecie* dictum. *l.* 9. §. 2. *De pignor. act.*

Hypotheca eſt pignus rei non traditæ: *d. l.* 9. §. 2. quod conſtituitur & perficitur conventione, *l.* 1. *ff. eod. l.* 4. *De pignor.* & quidem vel *ſtipulatione* jure civili; vel *pacto*, jure prætorio.

Stipulatione ſemper expreſſè: pacto interdum expreſsè, interdum tacitè.

Unde pignus eſt vel *expreſſum*, vel *tacitum*: *Expreſſum* pignus eſt, de quo ut ſit, expreſsè convenit.

Tacitum quod ſola lege inducitur; ideòque nullum eſt, niſi à lege definitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Eſt autem definitum. 1. Ut *fiſcus* ſemper habeat hypothecam tacitam ex cauſſa tributorum & contractuum ſuorum, *l. 1. 2. C. in quib. cauß. pign. tac. cont. l. 46. §. 3. De jur. fiſc.* non ex aliis *l. 6. D. eod. l. 10. De pact.* 2. Ut in illatis invectis in prædium urbanum ſive ædes, pro penſione *dominus prædii* tale habeat pignus. *l. 2. l. 4. l. 6. ff. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac.* 3. *Locator* in fructibus, in fundo locato natis, ob mercedem, *l. 7. D. eod. l. 3. C. eod.* non etiam in invectis & illatis; niſi nominatim convenerit, *d. l. 4. l. 32. De pign & hypoth.* 4. *Creditor* in fructibus fundi vel rei pignoratæ, quos debitor vel heres ejus percepit. *d. l. 3. C. in quib. cauß. pign. tac.* 5. *Pupillus* in bonis ſecundi mariti cui mulier nupſit, quæ filii impuberis tutelam ſuſceperat, non petito alio tutore, nec reſtitutâ tutelâ; *l. pen. C. eod.* ſicut & in bonis matris. *Nov. 22. c. 40. l. hac edictali. C. de ſecun. nupt.* 6. *Pupillus* in bonis tutorum ob adminiſtrationem tutelæ. *l. fin. ff. in quib. cauß. pig. tac.* 7. *Uxor* in bonis mariti, contemplatione dotis quam intulit. *l. un. §. 2. C. de rei uxor act.* 8. *Reficiens*, in ædibus vel re aliqua eandem habet hypothecam. *l. 1. ff. eod. l. 5. C. de ædif. priv. Gail. 2. obſ. 12. n. 4.* 9. *Redemptus* ab hoſtibus ipſe pro pretio donec ſolutum ſit, eſt pignus. *l. 2. C. de capt. & poſtl. rev.* 10. *Filius* in bonis patris ratione peculii adventitii. *l. antepen. & l. ult. §. non autem. C. de bon. quæ lib.* 11. *Civitas* in bonis adminiſtratoris: in bonis prælati *Eccleſia. c. illud. 11. q. 13.* 12. In bonis teſtatoris *legatarius* pro legato conſequendo *l. 1. C. commun. de legat.* 13. *Miles* in re emptâ ex ipſius pecunia. 14. In militiâ emtâ, cùm ad ejus emptionem expreſsè pe-

ſè pecunia mutuata eſt, *l. fin. C. de pign. Nov.* 53. *c.* 5. *Nov.* 97. *c.* 4. *Nov.* 136. *c.* 2.

Pignus in ſpecie dictum, eſt rei traditæ creditori; *§. fin. Inſt. quib. mod. re contr. obl. l.* 1. *§.* 6. *ff. de O. & A.* à debitore plerunque; non nunquam etiam ab alio, puta Magiſtratu.

Eſt vel *neceſſarium*, vel *conventionale*. *Neceſſarium*, quod *prætorium* dicitur, eſt vel *decreto magiſtratus extra judicium* conciliatum ob non factam ſatisfactionem, aut ob contumaciam debitoris. *Cujac. in par. C. de prætor. pign.* Fit miſſione in poſſeſſionem rerum omnium, vel unius debitoris, ut creditor pignus habeat quo ſibi ſervet creditum, *l.* 12. *ff. pro emptor. Cujac. d. loc.* vel *judiciale*, conſtitutum juſſu magiſtratus, qui judicem dederat in cauſſa judicati; puta quod executor rei judicatę, ejus juſſu, in cauſſam judicati, ex bonis condemnati capit, *t. t. C. ſi in. cauſ. judic. pign. capt. ſit.*

Conventionale, eſt ex partium conventione traditum, *l. fin. C. de prætor. pign.*

Traditum inquam, quia ſine traditione hypotheca eſt.

Oppignorari poteſt res quævis, modò ſit in commercio, & bonis obligantis, *l.* 4. 8. *C. quæ res pign. l.* 6. *C. ſi alien. res pign. Gl. in l. ſi quis §. uſusfructus. De pignor.* etiam ipſum pignus, *d. l.* 4. *l.* 13. *§.* 2. *D. eod.* etiam futura, *l.* 15. *ff. eod.* etiam communis. Sed pro ea parte, qua eſt obligantis, *l. un. C. ſi comm. res pign. dat. ſit.*

Poteſt tamen, 1. fiſcus rem communem totam obligare, *arg. l. un. C. de vend. rei fiſc. com. lib.* 10. *Gl. in l. un. C. ſi res com. pign. dat.* 2. res venales ſocius. *Gl. in l. nemo ex ſociis. ff. pro ſocio.* 3. quilibet ſi obligationem is ratam habet, cui

res ea eſt communis, *arg. l.* 16. §. 1. *De pignor.*

Pignori obligari non poſſunt. 1. Res quæ in alicujus ſive dominio, ſive poſſeſſione eſſe non poſſunt. *Gl. in l. ſi in emptione.* §. *omnium. De cont. empt.* 2. plane alienæ, *l.* 6. *C. ſi res alien. pign. dat.* Item ſpeciali legis prohibitione, res pupillares, *l.* 1. §. 1. *ff. quæ res pign. ob. poſſ.* bona minorum, *l.* 22. *C. de admin. tut.* res litigioſæ, *d l.* 1. §. 2. inſtrumenta ruſtica ad culturam agri pertinentia, *l.* 7. 8. *& Auth. agricultores. C. quæ res pign. obl.* ſervitutes urbanorum prædiorum, *l.* 11. §. *fin. De pignor.* res fideicommiſſo purè ſubjectæ, *l. fin.* §. *ſed quia noſtra. C. comm. de legat.* præmium futuræ victoriæ, *l.* 5. *C. quæ res pign. obl.* bona dotalia, *l. un.* §. *cum lex. C. de rei uxor. act.* feuda, *c.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frider.*

Pignus eſt vel *generale*, omnium bonorum; idque aut præſentium tantum, aut etiam futurorum, *l.* 1. *D. eod. In quod tamen non veniunt res quas quis in ſpecie non eſſet obligaturus, l.* 6. *& ſeqq. ff. eod.* Vel *ſpeciale*, partis duntaxat bonorum.

Pignoris jus eſt in duobus. 1. Ut liceat creditori pignus quod habet tenere, hypothecam perſequi, & ex perſecutione acceptam, tenere donec ſibi ſatisfiat, aut, ſi velit, pignus, datum repignorare. 2. Ut illud liceat creditori diſtrahere, ſeu alienare, & ex pecuniâ inde redacta ſibi ſatisfacere. *Don. de pignor. c.* 1.

Debitor ſi ipſe alienaverit, non conſentiente, nec pignus remittente creditore manet cauſſa debiti, *l.* 1. 2. 3. 4. *& paſſim. C. de remiſſ. pign.* Perimitur ſi alienaverit creditor, ſed modò quatenus ei ex pretio ſatisfactum; manente de reſiduo actione; *lib.* 3. *l.* 9.

C. de

C.de diſt.pignor.l.9.ff.eod. Si pretium excedit debitum, de ſuperfluo actionem debitor habet, *l.fin.C.ſi vend.pign.ag.l.fin.* §. 4. *C.de jure domin. impetr.* Niſi aliud convenerit, *l. fin. C. de diſtr. pign.*

Ad venditionem hanc requiritur. 1. Ut fiat ab eo cui pignus jure obligatum, *l.* 11. *C. eod.* 2. Ut pignus necdum ſit finitum ſolutione, aut alio modo, *l.*8. *C.eod.l.fin.C.debit. vend. pig. imp.non poſſe.* 3. Ut fiat à potiore creditore, *l.* 1. *C.ſi vend. pign.agat.* 4. Et ex pacto, vel citra pactum prævia trina denunciatione. 5. Authore judice ſolenniter, *d.l.*9. ſub haſta.

Diſtractionem iſtam debitor impedire non poteſt; niſi ipſe pignus luat, *l.* 1. *C. debit. vend.pign.imp.non poſſe. h.e. debitam pecuniam in ſolidum ſolvat.*

Si pro parte ſolvat, ex pluribus heredibus debitoris unus; tollitur quidem obligatio perſonalis quoad illum, at integro manente jure pignoris, *l.* 1. *&* 2. *C.ſi unus ex plur. hered. cred part.*

Solutionis etiam loco cedit. 1. Obſignatio & depoſitio pecuniæ legitima, ſi quidem ritè oblatam creditor nolit recipere, *l.* 8. *C.de diſtr. pign.l.fin. C.de luit.pign.* 2. Si debitor creditori pignus det in ſolutum; *Nempe poſt contractum in mora exiſtens: Pactum enim, ut ea commiſſa, pignus creditoris ſit proprium, in ipſo contractu ſi adjiciatur (quod pactum legis commiſſoriæ vocant) non valet, l. fin. C. de pact. pign. & l. fin. C.eod.* 3. Si debitor creditori rem pignoratam vendat, pretio compenſato cum debito, & reſiduo, ſuperfluoque reddito. 4. Novatione debiti.

Si res pignori obligata emptorem non inveniat,

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

nec pignus luat debitor, (niſi aliter convenerit) poſt biennium à denunciatione diſtractionis debitori facta, ea poſtulanti creditori addicitur à Principe, ſervato adhuc debitori ad recuperandum pignus jure, intra biennium modò pecuniam cum uſuris offerat, eo elapſo minimè, l.fin. C.de jur. dom. impetr. Quæ addictio fit in ſpeciali hypotheca ſimpliciter, in generali ad modum debiti.

Quocunque modo ſolutum pignus, etiam pro chirographario debito, creditor ſi in ejus eſt poſſeſſione, retinere poteſt, *l.un. C.etiam ob chirogr.*

Si pluribus creditoribus diverſorum debitorum res vel bona eadem in ſolidum ſint obligata; qui prior eſt tempore potior eſt jure, in omni pignoris ſpecie, *l.11.l.9. ff.qui potior.in pign.l.2.l.4.l.8.C.eod.*

Prior autem eſt. 1. Qui cum debitore prior contraxit, cui contractui iſta pignoris conventio acceſſerit, *d.l. 8. C.d.l.9.& l.pen.ff.eod.* 2. Qui cum eſſet poſterior, in locum prioris ſuccedit, offerendo ei & ſolvendo pecuniam debitam cum uſuris, *l. 1. C. eod.t.t.C.de his qui in prior. cred. loc. ſucc.* 3. Ii, quorum pecunia, cum creditores eſſent poſteriores, creditores hypothecarii dimiſſi ſunt, modò in ſolvendâ pecunia autoritate judicis, pignus in eos ſit tranſlatum vel in eâ credendâ ſucceſſionem iſtam ſint pacti, *l. 1. C. d. tit. Cujac. in par.C. eod.*

Pignore à creditore rectè diſtracto extraneo, nec debitor, nec inferior creditor oblatâ pecuniâ id evincere poteſt, *l. 1. §. 2. C. ſi antiq. cred. pign. vend.* ſi diſtractum ſit ſecundo creditori, tertius id jus habet, *l. 5. §. fin. l. 6. ff.de diſtr. pign.* Quod etiam habent inferiores creditores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ditores pignore à debitore, vel extraneo vendito, vel antiquiori creditori in ſolutum dato, *l. 1. C. ſi antiq. cred. pign. vend.*

Sed ita ut jus diſtinguat inter chirographarios & hypothecarios creditores: h. e. inter eos quibus ſub pignore, vel ſine pignore debetur.

Ex hypothecariis nulli ſuo jure ſunt privilegiati, exceptâ cauſsâ dotis. *Cujac. in par. C. de priv. fiſci.* Ex chirographariis quidam ſpeciali jure privilegiati ſunt, quidam non.

Ita ut in illis privilegia ex tempore, in his ex cauſſa debiti ſint æſtimanda, *l. 32. De reb. auctor. jud. poßid.* Nempe ſi alterutri tantum concurrant.

Si hypothecarii ſimul concurrunt cum chirographariis, illi tempore etiam poſteriores, his prioribus præferuntur.

De emptione venditione.

CAPUT XXXV.

Contractus ex conſenſu, ſunt qui habent cauſſam ſolo conſenſu conſtitutam, eo animo ut certum negotium geratur.

Sunt autem IV. Emptiovenditio, Locatioconductio, Societas, Mandatum.

Emptiovenditio, eſt contractus ex conſenſu, de re certo pretio habenda, inter venditorem & emptorem, *pr. Inſt. de empt. vend. l. 2. §. 1. de contr. empt. l. 8. De evict.*

Subſtantia ejus eſt in *re* & *pretio*; quod utrumque conciliat *conſenſus*.

Emi vendi poteſt res quælibet, quæ in hominum commercio eſſe poſſit, etiam incorporalis, (e.g. actio, hereditas) *l. 34. §. 1. ff. De contr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

contr.empt. nec tantum exſtans, ſed & quæ futura ſperatur. etiam ſpes, quæ loco rei ſuccedat. Non tantum propria, ſed & aliena, *l.28. De cont.empt.* Puta ſi contrahentes, ſaltem emptor, eſſe alienam ignoraverit; aut ſi ſciant, ſaltem bona fide ineant contractum, *l. 1. & ſeqq. C.de reb.alien.non alien.*

Emi vendi non poſſunt *Iure Naturali:* 1. Quæ non ſunt, nec fore ſperantur, *d.l.8.§.1.* 2. Res divinæ, id eſt, ſacræ, ſanctæ, religioſæ. *l.22.34. §.1.ff.eod §fin.Inſt.eod.* nec quævis aliæ Eccleſiaſticæ, *l.jubemus. C.de SS.Eccl.* Quæ tamen ſi emptori ignoranti vendantur, ad intereſſe tenetur venditor. *d.§. fin. l. 6. l.62.§.1.ff.eod.* 3. Nec liberum hominem quis ſciens emit, *d.l.6.d.l.32.§.2.l.70.ff.eod.*

Iure Civili quædam *omninò non* poſſunt vendi. 1. Ut res *publicæ,* & *univerſitatis;d. l. 6.* Niſi cum ſolennitatibus, h.e. expreſſione nominis ſingulorum de univerſitate, & quod ſit factum à majore parte, *l.fin. C.de vend. rer.civit.* 2. *Furtivæ* & vi poſſeſſæ, *§.2.Inſt.de uſucap.d.l.34.§.3.* 3. *Dotales* & donatæ propter nuptias, *§.1.Inſt.quib.al.lic. vel non. l.1.& cum lex. C. de rei uxor. act.l.4 De fund.dot.* 4. *Emphyteuticæ,* niſi prius requiſito domino, *l.fin. C.de jur. emphyt.* 5. *Litigioſæ, l.fin. Auth.ſi heres. C.de litig.* Niſi alienatio ſit neceſſaria; puta ex cauſſa diviſionis, tranſactionis, dotis, donationis propter nuptias; legati, *l. 69. §.1.ff. de legat.2.l.2. l.fin. C.de litig.* 6. *Subjectæ reſtitutioni;l.fin.§.2.C. com.de legat.* Niſi favore dotis, donationis propter nuptias, vel alimentorum, *Auth.res quæ C. eod. Auth. contra cum rogatus. C. ad SC. Treb.* piæ cauſſæ, *arg.l.25.§. 2.ff. ad SC. Treb.* in caſu neceſſitatis, *d. Auth. contra cum rogatu.* & niſi

id fiat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

id fiat à judice legitimè. *Bart. in l. fin.* §. *etſi præfatam. C. de jur. delib.* 7. *Cupreſſi* in luco Daphnenſi, *tit. C. de cupr. ex luc. daphn.* 8. *Venena* mala, *l.* 35. §. 2. *De cont. empt.*

Quædam *inter certos homines*, ex Principum videlicet conſtitutionibus. E. g. 1. *Purpuræ* & *ſerici* hominibus privatis interdictum commercium, *l.* 1. *C. quæ res vend. non poſſ.* 2. *Annonæ* popularis & militaris, *l.* 1. *& t. t. C. eod.* 3. *Arma* ne vendantur barbaris, nec vinum, oleum, aliudve *liquamen* uſus cauſſa paratum, *l.* 1. *&* 2. *C. quæ res expert. non deb.* 4. *Eunuchi*, ſive ſpadones. *C. de eunuch.* 5. *Liberi* à parentibus; Ita ut quod alias lege XII Tab. fieri poterat, hodie non niſi egeſtate urgente victus cauſſa fieri poſſit, *l. fin. C. de patrib. qui fil. diſtr.*

Vendi poteſt non res propria tantum, ſed & aliena, *l.* 28. *de contr. empt.* Et hæc quidem ita demum, ſi contrahentes, emptor ſaltem alienam eſſe ignoraverit, aut ſi ſciant, bona fide contractum ſinant, *l.* 1. *& l. ſeqq. C. de reb. alien. non alien.*

Qui rem alienam à fiſco emit, ſtatim eſt ſecurus; ſed domino rei regreſſus eſt ad fiſcum intra quadriennium: idem eſt ſi fiſcus vendat rem cum alio communem, *l. un. C. de vend. rer. fiſc.* §. *fin. Inſt. de uſucap.*

Rem alienam gerentibus, e. g. tutori, &c. rem ſuam vendere licet, ſed tranſit cum ſuo onere, *l. un. C. rem alien. ger. non inter. rer. ſuar. alien.*

Res propria inutiliter emitur, *l.* 15. §. *fin. l.* 16. *ff. de contr. empt. l.* 45. *De R. I.* Niſi ematur poſſeſſio quam habet alius, *l.* 34. §. 4. *De cont. empt.* vel res propria ematur ſub conditione, *l.* 61. *D. eod.*

Uſu-

Uſufructuarius fundum ideò rectè emit, quia ejus reſpectu alienus eſt, *l.* 16. §. 1. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. ad SC. Sillan.*

Pretium, eſt pecunia numerata, quantitatis certæ & taxatæ, §. 2. *Inſt. de emt. vend.*

Si res pro re datur permutatio eſt, aut contractus alius innominatus: do ut des, *l.* 1. *ff. eod. l.* 1. *De rer. perm. l.* 5. *De præſcr. verb.*

Pretium certum eſſe debet. Eſt autem ſi in conventione exprimatur quantum eſſe debeat; aut ſaltem relatio fiat ad id ex quo certum eſſe poſſit: Puta ſi venditor ſe tanti vendere dicat quantum eſt in arca, *l.* 7. §. 1. *l.* 37. *ff. De cont. emt.* Vel etiam quantum Titius fuerit arbitratus: Qui ſi id nolit aut nequeat definire, nihil actum intelligitur, *l. fin. C. eod.* Ut nec valet emtio qua pretium in arbitrium emtoris confertur; puta ſi volueris rem tibi emtam habeto, *l.* 13. *C. eod.*

Contractum hunc perficit conſenſus, *pr. Inſt. eod.* conſummant traditio & pretii ſolutio, *l.* 11. § 2. *De act. emt.*

Conſenſus debet eſſe & in rem, & in pretium, *l.* 9. *& ſeqq. ff. de contr. emt.* ita ſcilicet ut uterque in id conſentiat, quod alter rem venditam, & pro eâ ſibi pretium ſolvi; alter emtam, & præſtari à ſe pretium velit, *l.* 3. *C. l.* 36. *ff eod.* h. e. debet eſſe conceptus in præſens negotium, non futurum.

Et quidem in rem eandem. Circa quam diſſentientes, vel errantes nihil agunt, *l.* 2. *pr. & §.* 1. *De contr. emt.* Puta ſi diſſenſus ſit aut error, vel in ipſo rei corpore: cum aliud corpus emtum, aliud venditum putatur: Vel in unius corporis ſubſtantia ſeu qualitate ſubſtantiali, ſeu materia rei: puta ſi æs pro auro

veneat,

veneat, plumbum pro argento, *d. l. 9. pr. & §. 2.*

Puta I. ſi in materia erretur omnimodo, aliàs valet; puta ſi quid vendatur inauratum pro ſolido auro, *l. 14. ff. eod. l. 21. §. 2. ff. de action. emt.*

2. Ita ut toto genere diverſa ſit: Sin genere diverſa non ſit, ſpecies tamen una alterâ melior: (e. g. aurum Rhenenſe pro Hungarico vendatur) *l. 10. ff. de contr. emt.* vel corpus ex materiis diverſis conflatum ſit, in quarum unam uterque contrahentium conſentiat, emtio venditio valet. *l. 41. §. 1. ff. eod.*

Similiter debet conſenſus eſſe quoad pretii quantitatem. Quod ſi minus emtor, majus venditor putavit, impeditur contractus, non contra. *Accurſ. in d. l. 9. verb. in pretio. Quia in majori minor ſumma continetur, non contra.*

II. Debet conſenſus *eſſe utrinque liber, l. 11. C. eod.* Poteſt tamen quis cogi ut vendat; vel in teſtamento, *l. 66. De legat.* I. Vel ratione communionis, *l. 13. §. 17. ff. de action. emt.* Vel ſi Reſpublica, aut civitas aliqua prematur annonæ inopiâ, *l. 1. §. 11. De off. præf. urb. Leg. in l. 1. C. de Epiſc. aud. Canon. in c. 1. de emt. vend.* Vel ob ſęvitiam domini in ſervos, *l. 2. De his qui ſui vel al. jur.* Vel favore quodam ſpeciali rei abalienatæ, *l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtr.* Sed non niſi juſto pretio, *l. fin. ff. de annon. Non ſimulatus,* E. g. ſi venditio fiat donationis cauſſa, *l. 20. §. 1. ff. locati. l. 3. C. de contr. emt.*

III. *Mutuus*, non in arbitrium alterius, multo minus extranei alicujus collatus, *l. 35. §. 1. ff. l. 13. C. eod.*

IV. *Perſpicuus & clarus.* Quod ſi obſcurus eſt; valet quidem emtiovenditio, ſed interpretatio

pretatio ſit contra eum qui legem potuit dicere apertius, *l.21.l.33.& ſeq. D.eod.*

Contractu hoc perfecto, periculum rei purè venditæ ſtatim ad emtorem, ſive tradita ſit, *l. 11. De evict.* ſive nondum tradita, *l.5.l.7. & ſeqq.l.11. De peric. & com.rei vend.* Sub conditione autem venditæ: ante eam impletam ad venditorem, poſt ad emtorem pertinet, *l. 35. §. 4. De contr. emt.l.8.De peric. & com. rei vend.*

In venditione autem alternata, puta Stichi aut Pamphili; ſi unus pereat, venditoris, ſin uterque, emtoris eſt periculum, *l.34.§. 6. De contr.empt.*

Si alterutrius culpa res gerit, ejus eſt periculum cujus culpa; ſin utriuſque, emtoris, niſi venditor dolum adhibuerit, *l. 13. §. 16. De act.empt.l.17.De peric.& com.rei vend.*

Quin pacto conſtitui poteſt, ut quandocunque, vel quomodocunque res intereat, modò abſque venditoris dolo, ad emtorem vel venditorem pertineat, *l.10.ff.eod.*

Sæpe ex conventionis qualitate hæc res ſpectanda, e.g. Si vinum ſimpliciter per averſionem venditum eſt, periculum emtoris eſt: ſi ita ut prius deguſtetur, ante deguſtationem periculum ad venditorem, poſt ad emtorem pertinet. Si ut admenſuretur, eodem modo; Si ut deguſtetur & admenſuretur, periculum qualitatis ante deguſtationem ad venditorem, poſt ad emtorem: periculum ſubſtantiæ ante & poſt deguſtationem ad venditorem pertinet, ad emtorem tum demum, ſi admenſuratum ſit, *d. l. 34. §. alia. d. l. 35. §. in his. De cont. emt. l. 1. 4. 5. & 15. De peric. & com. rei vend.*

Emtio

Emtio venditio ſemel perfecta reſcindi non debet; ſed pretii ſolutione & rei traditione debet conſummari.

Reſcinditur tamen. 1. *Mutuo conſenſu*, re adhuc integra, necdum numerato pretio, aut re tradita, *l. 5. ff. de pact. l. 6. §. fin. De contr. emt.* Si integra non eſt, non reſcinditur conſenſu, niſi etiam reſcindantur quæ venditionem ſunt ſecuta, *l. 1. C. de reſc. vend. d. l. 58.* e.g. traditio, numeratio, cautio, *l. 13. §. 3. De jurejur. l. 5. §. 7. De reb. eor. qui ſub tut.* 2. Si curialis, furtim vitans munera civilia, bona ſua vendiderit, & patriam reliquerit, *l. pen. C. de reſc. vend.* 3. Si palatini furtim aliquid emerint ex bonis privatis principis, quorum ſub Comite ſunt adminiſtratores, *l. fin. C. eod. l. fin. C. de fund. & jure haſtæ.* 4. Si venditor ſit fraudatus ultra dimidium juſti precii, *l. 2. C. de reſc. vend.* Optio tamen datur emtori vel ſupplendi pretii, vel redhibendæ rei, *d. l.* 25. Si propter tributa publica ſub haſtâ venierint bona debitoris per ambitionem & gratiam minus juſto pretio; ſed oblatâ fiſco penſione debita, *l. 16. C. eod. l. 3. C. de jur. fiſci.* 6. Si quis fundum, cenſum, vel reliqua cenſus fiſco aut Reip. debentem, eâ lege emat, ne onus cenſus, vel reliquorum ſequatur emtorem. Sed tum, reſciſsâ venditione, emtor pretium, & venditor fundum amittit, utroque in ærarium redacto, *l. 2. C. Th. de cont. emt. l. fin. C. de fun. rei priv.* 7. Si pater filium diſtraxit, unicuique, etiam ipſi patri, etiam ipſi diſtracto, licet eum in libertatem aſſerere, oblato mancipio vicario, aut pretio; non quanti emtus eſt, ſed quanti aſſertionis tempore æſtimabatur ſine adjectione quintæ, *Cujac. in par. C. de patrib. qui fil. diſtr.*

De

De locatione conductione.

CAPUT XXXVI.

L*Ocatio conductio*, eſt contractus ex conſenſu, *l. 2. De O. & A.* certâ mercede *l. 2. D. locati.* aliquid faciendi, *d. l. 2. in fin. l. 13.* §. 1. *l. 19.* §. 7. *l. 51.* §. 1. *D. eod.* vel utendi, *l. 15.* §. 1. *l. 24.* §. 4. *l. 25.* §. 1. *ff. eod.*

Ex quo unus locator, alter conductor.

Conſtat iiſdem ferè regulis quibus emtio venditio, *d. l. 2.* Nam & hic conſenſu conciliatur *Res* & *Merces*: Sed in emptionem venditionem Res tantum venit, quæ tradatur in locationem conductionem præter eam etiam factum.

Eſt quippe locatio conductio vel uſus rei, vel operæ hominis, *d. l. 25. & l. ſeq. ff. eod.*

Venit in hunc contractum res quævis quæ venit in emtionem venditionem; niſi res ſit, quæ utendo abſumatur.

Et conſtat quidem, *uſus* vel *rei*, vel *facti deſignatione*.

Eam quippe deſignari ſatis eſt, nec neceſſè quam primum tradi.

Afficit hic contractus non rem ipſam, ut emtio venditio, ſed ejus tantum uſum, *l. 39. ff. l. 25. C. eod. l. 65. l. 80.* §. *fin. De contr. empt.* Sic etiam locatio facti, ſeu operæ hominis, eſt quaſi uſus hominis in faciendo aliquid.

Factum locari ſolitum eſt, opera hominis in re alterius poſita, corpore, vel toto, vel aliqua ejus parte præſtita. Non quod ſolius ingenii eſt. Nec rem ſuam, ut in eâ quid faciat, quis conducit, ut nec ad utendum.

11. *Mer-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

I. *Mercedis taxatione*, quæ eſt uſus æſtima-
,&facti compenſatio.

Merces hic dicitur quod in emtione ven-
ione pretium; *d.l.* 2. Quæ eſt quantitas, cu-
ſcunque generis ſit, certa & definita, *l. ſi*
i. 21. *C. locati. ubi Gothofr. Coraſ.* 2. *mi-*
ſl. 11.

Conſenſus & hic omnia rata facit, ac in
etiam eadem conſideranda, quæ circa em-
nem venditionem ſpectabantur.

Niſi 1. quod conductores publicorum ve-
galium, etiam poſt finitum conductionis
npus inviti poſſint retineri. Puta ſi quidem
exhauſerint, & ideò nulli ſint qui ſub iiſ-
m penſionibus ea velint accipere, *l.* 7. *C.*
l.l. 11. §. *fin. De publ. & vectig.*

Uſus tempore quo duret circumſcribitur,
10. *C. de locat. cond.* Quod ſi non ſit expreſ-
m; in ruſticis prædiis in annum, in urbanis
mdiu præſumitur, donec alteri renuntia-
rit, *l.* 13. §. *fin. ff. eod. l.* 17. §. *ſicut. ff. com-*
d.

Expreſſum eſt vel *incertum*, quoad is qui
caſſet vellet, *l.*4. *D. locat.* vel *certum* ac defi-
tum.

Idque vel *breve*, minus decennio; ex quo
roprie locatio conductio eſt, ita ſpeciatim
cta.

Vel *longum*; ſub quo facta locatio peculia-
nomine *Emphyteuſis* dicitur, etiam re à prio-
diverſa.

Eſt enim non tantum uſus rei; ſed etiam
icujus juris. Unde is qui emphyteuſin ha-
et, quaſi rei in emphyteuſin datæ dominus
nſtituitur. Utilis autem dicitur, qui verò
edit, directus.

Eſt autem Emphyteuſis contractus ex conſenſu, quo dominus fundi alicujus uſum & fructum pleniſſimum, & quaſi rei dominium, alteri concedit, eâ lege, ut culturâ eum meliorem faciat, atque fructuoſiorem, & pro eo, non quidem rei uſu, ſed in recognitionem dominii, viciſſim pendat mercedem certam, §. *adeò. Inſt. de locat. cond. l. 1. & 2. C. de jur. emph. l. 1. ff. ſi ager vect. pet.* Canon dicitur, eſtque annuus.

Eſt autem vel *civilis*, in rebus profanis, perpetua, quamdiu ex eo qui primus eam accepit liberi ſuperſunt. Vel *Eccleſiaſtica*, in rebus Eccleſiaſticis, temporalis, ultra generationem tertiam ſe non extendens.

Neutra ſcripturam deſiderat; quam tamen adhibere tutius eſt.

De Societate.

CAPUT XXXVII.

SOcietas eſt contractus ex conſenſu, *l. 2. De O. & A.* de re, *l. 5. ff. pro ſoc.* utrimque communiter habenda, §. 1. *& ſeq. Inſt. de ſociet. l. 29. l. 10. l. 67. D. eod.*

Quæ contracta dicitur ſimul atque de eâ communione convenerit. Ex eâ unus alteri dicitur ſocius.

Eſt autem in bonis, rebuſque ſociorum omnium, vel unius, vel aliquorum, & in operis ab omnibus, imò vel aliquibus circa res bonave præſtandis. In lucro damnoque poſt bona communicata, operaſque præſtitas communicandis, *l. 1. §. 1. l. 2. l. 1. l. 5. ff. eod. Decian. conſ. 39. n. 9. vol. 1.*

Eſt autem ſocietas vel *generalis* omnium bono-

onorum, vel *ſpecialis* quorundam, vel unius,
el certæ negotiationis.

Generalis ita eſt bonorum univerſorum,
t etiam ſit rerum ſociorum omnium; quæ
alter ſociorum pauciora habet, ſupplet
uod deeſt per operam, *l. 5. §. 1. D. eod.* In *ſpe-*
iali fieri poteſt, ut unus bona tantum, alter
antum operam conferat, bonorum loco, §. 2.
erſ. nam & ita. Inſt. eod. l. 1. C. eod. Quibus ſæpe
a melior eſt, *l. 29. §. 1. ff. eod.*

In generali etiam hoc peculiare eſt, quod
imul atque contracta ſit, ipſo jure, ſine tradi-
ione, ratione dominii bona ſociorum com-
nunia ſint, *d. l. 1. §. 1. l. 52. §. 16. D. eod.*

Initur ſocietas utilitatis cauſſa & lucri.

Lucrum eſt quod, deducto damno & im-
enſis, præter ſortem bonaque in ſocietatem
ollata ſupereſt, §. *de illa. Inſt. eod. Damnum*
uod deeſt, *l. 30. ff. eod.*

Si ſpecialiter univerſorum bonorum eſt inita
ocietas, quicquid, quâ quâ honeſtâ ratione, acquiſi-
um, cedit communioni: l. 57 D. eod. l. 35. §. 2. De
ont. empt. *Sin non ſpecialiter, ſed ſimpliciter; etſi*
tiam tum univerſorum bonorum ſocietas inita vi-
leatur, tamen (ut in ſpecialibus ſocietatibus) id
antum communicatur, quod ex operâ ſocietatis, il-
lius intuitu factâ, & occaſione ex cauſſa ſocietatis
illius acquiritur, l. 7. & 8. D. eod.

Diviſio damni & lucri inter ſocios debet
eſſe æqualis: §. 1. *Inſt. eod. l. 29. D. eod.* hoc eſt,
pro rata rei in ſocietatem collatæ, *l. 6. ff.*
eod.

Ex conventione poteſt tamen eſſe inæ-
qualis; ita etiam ut unus duas vel tres partes
lucri nullam damni ſentiat. *Si ſcilicet præter*
rem collatam etiam ſolus operam conferat, d. §. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

illæ.d.l. 29. Minime ut unus omne lucrum, alter omne damnum ferat, *d.l.* 29. §. *fin.*

Solvitur ſocietas. 1. Ex *perſonis*: ipſarum morte naturali, *l.* 59. *l.* 52. §. 9. *l.* 65. §. 9. *D.eod.* Vel civili, §. 7. *Inſt.l.* 63. §. *fin.ff.eod.* non etiam minimâ capitis diminutione, *l.* 58. §. 2. *l.* 65. §. 11. *D.eod.*

2. Ex *rebus* quarum intuitu ſocietas eſt inita, ſi vel omninò interierint, vel ſociorum eſſe deſierint; vel conditionem ſuam mutaverint, conſecratione commercio exemtæ, *d. l.* 63. §. *fin.* vel alicui publicâ auctoritate præter delictum ademtæ, aut uſui publico ſervatæ, *d.l.* 63. §. *fin.l.* 15. §. 1. *ff. de rei vend.*

3. Ex *voluntate*, vel omnium ſociorum *diſſenſu*, ſive *expreſſo*, cum convenit ut à ſocietate diſcedatur, vel *tacito*, cum quiſque ſociorum ſibi negotiatur, *l.* 64. *D.eod.* Vel unius *renunciatione*, *d.l.* 63. §. *fin.* non doloſâ, nec intempeſtivâ, ſine juſtâ cauſsâ. Aliàs, liberato eo cui renuntiatur, obligatus manet renuncians, §. 4. *Inſt.l.* 65. §. 3. *ff.eod.*

4. Ex *actione*, ſi mutata ſit ſocietatis cauſſa, *d.l.* 65. *in princ.* ſive novetur, ſive tantum dictetur, h.e. judicium inſtituatur, ad hoc ut ſocietas diſtrahatur.

5. *Tempore* finito ad quod contracta erat, *l.* 1. *D.eod.* vel negotio, cujus erat inita ſocietas, §. 6. *Inſt.d.l.* 65. §. 10. *ff.eod.*

De

CAPUT XXXVIII.

M*Andatum* eſt contractus ex conſenſu, *l.* 1. *De mandat.* de faciendo aliquid gratuito, *l. l.* 1. §. 4. inter mandatorem, & mandatarium.

Spectatur ergò in facto, non in re. quamvis res in factum etiam aliquando veniat, *paſſim. ſub.tit. D. & C.mand.*

Eſt vel ad *lites, arg. l.* 86. *ff. de ſolut.* Vel ad *negotii adminiſtrationem, l.* 34. *l.* 45. §. 1. *l.* 58. *ff. mand.* Utrumque vel *generale*, vel *ſpeciale*, vel *ſine libera, l.* 58. *l.* 60. *l.* 63. *ff. de proc. l.* 60. *in fin. ff. mand.*

Qui mandatum ſuſcipit procurator eſt. *Is enim aliena negotia mandato domini adminiſtrat, l.* 1. *ff. de procur.*

Conſtituitur vel *in rem ſuam*, ipſi commiſſo negotio ipſius utilitatem concernente, *l.* 2. §. *fin. ff. famil. erciſc. l.* 8. §. *fin. ff. mand. l.* 1. *C. de contr. iud.* Vel *in alienam.* Et tum vel mandantis, vel extranei tantum, vel utriuſque ſimul, vel utriuſque etiam & mandatarii negotium eſt, *l.* 2. *per tot. ff. mand.*

Mandatum eo ſolo à locatione diſtat quod gratuitum eſt, l. 1. § fin. D. eod. cum hæc mercedem exigat. §. fin. Inſt. eod.

Sed etiam veniunt in mandatum multa facta, quæ in locationem conductionem non veniunt.

Poteſt in mandato etiam intervenire honorarium, l. 6. D. eod. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. Quia id non eſt merces, nec operæ compenſatio. *Sed, cum contractui neceſſario non inſiſtit. ſed in illum incidat; ex hoc contractu exigi nequit*, l. 7. l. 55. ff. l. 1. l. 17. C. mand.

Solvitur mandatum. 1. *Morte* naturali tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

mandantis, *l.* 15. *C. l.* 26. *pr. l.* 34. *§. fin. D. eod.* (niſi forte poſt mortem ſuam fieri mandaverit, *l.* 12. *§. fin. D. eod.*) quam mandatarii, *l.* 27. *§.* 3. *l.* 57. *D. eod.* Civili: *l.* 17. *De procur.* 2. *Voluntate contrahentium:* revocatione mandantis, *l.* 12. *§.* 16. *D. §. recte. Inſt. de mand.* & renunciatione mandatarii, *l.* 22. *§. fin. l.* 27. *§.* 2. *ff. eod.* Sed ita, ſi res adhuc ſit integra, *ſup. dd. loc.*

De Stipulatione.

CAPUT XXXIX.

Contractus juris civilis, cæterorum contractuum acceſſiones potius ſunt & pactiones, quam ipſi contractus. Aliam enim conventionem quæ præceſſerit, vel cum ipſis ſit, ſupponunt, *arg. l.* 7. *§.* 12. *De pact. l.* 8. *ff. de præſer. verb. l.* 134. *§. fin. De verb. obl. l.* 40. *C. de tranſact. l.* 27. *C. locati.*

Sunt autem duo. I. Quæ fit *verbis.* II. Quæ *literis.*

Illa *ſtipulatio* dicitur. Ex qua obligatio, quæ verborum obligatio dicitur.

Eſtque contractus initus interrogatione præcedente, eamque reſponſione congrua ſubſequente, dandi vel faciendi alicujus cauſſa, *l.* 5. *§.* 1. *De V. O. pr. Inſt. eod.*

Contrahens uterque ſtipulator; frequentius interrogans tantum; reſponſor autem, promiſſor dicitur.

Stipulatio poteſt accedere omni conventionis generi, tam pacto, quam contractui.

Pacto accedit *ejus confirmandi cauſſa*, ut cum ex eo nulla ſit obligatio civilis, ſit ex ſtipulatione pacto ſubditâ & additâ, & actio detur, *l.* 3. *&* 4. *C. de rer. permut.*

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Contractui verò, *obligationis*, *adſtringendæ cauſſâ*; ut cum ex contractu detur, poſſit etiam dari ex ſtipulatu; ſi quidem hac potius, quam illâ agere, contrahentibus conſultius.

Stipulationis ſubſtantia eſt. 1. In *verbis*, 2. In *dando* & *faciendo* aliquid.

Verba olim erant civilia & ſolennia; hodie ex conſtitutione Zenonis, §. 1. *Inſt. de V. O. l.* 10. *C. de contr. & com. ſtip.* ſufficit, ſi habeant ſenſum congruum, & conſonantem ab utraque parte intellectum.

Debent autem proferri ore, *l.* 1. *De V. O.* præcedente interrogatione, ſequente reſponſione, *d. l.* 1. *d. l.* 5. §. 1. *ff. eod. l.* 2. *C. de inutil. ſtip.* continuo actu, ſine alieni negotii intermixtione, *d. l.* 1. §. 1. *l.* 137. *de V. O.* reſponſione interrogationi conveniente, *d. l.* 1. §. 3. *& ſeq.* Utroque contrahentium non corpore tantum, ſed & animo præſente, atque in idem conſentiente, *d. l.* 1. *l.* 3. §. *fin De O. & A.*

Verba ſunt de dando, vel faciendo, vel utroque, *l.* 2. *De V. O.*

Veniunt in ſtipulationem *res*, & *facta*.

Res qualibet, corporales, incorporales, mobiles, immobiles, §. 1. *Inſt. de inutil. ſtip.* etiam futuræ, per verba tamen repræſentatæ, *l.* 73. *De V. O.* modò in dominio eſſe poſſint; *l.* 83. §. *ſacram. D. eod.* §. 2. *Inſt. de inutil. ſtip.* non tamen ſint in dominio ſtipulatoris.

Rem enim ſuam quis ſtipulatur inutiliter; *l.* 29. §. 1. *l.* 83. *De verb. obl.* Niſi in eum caſum quo ſua eſſe deſierit, *d. l.* 82. aut quo poſſeſſio rei ſuæ eſt penes alium, ut reſtituatur aut tradatur, *l.* 2. *De cond. tritic.* aut ut æſtimatio ejus præſtetur, *d. l.* 82.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Facta etiam quævis, ſed per leges & naturam poſſibilia, *l.* 26. *& ſeqq. De V. O.*

Facta perſonæ cohærent, *l.*44. *De cond. & demonſt.* Res etiam ſunt extra perſonas: at jus ex facti & rei ſtipulatione reſultans etiam alii quam ſtipulanti acquiritur, §. 1. *Inſt. de ſtip. ſerv.*

Sunt vel unus, vel plures ſtipulatores & promiſſores, & quidem vel utrimque, vel ex altera parte ſolum; Illi rei ſtipulandi, hi rei promittendi dicuntur.

Duo, vel plures rei ſtipulandi ſunt; qui ab uno, vel pluribus eandem rem, ex eodem contractu, ſuo nomine ſinguli in ſolidum, §. 1. *Inſt. l.* 2. *&* 3. §. 1. *ff. de duob. reis.* uni vel pluribus ſtipulantibus ſtipulati ſunt.

Duo vel plures rei promittendi; qui eandem rem ex eodem contractu ſinguli in ſolidum ſuo nomine, uni vel pluribus ſtipulantibus promittunt. *Cujac. in par. C. eod.*

Dividuntur ſtipulationes. 1. Ex *cauſſa efficiente.* 1. In *Conventionales*, quæ ex conventione utriuſque partis contrahentis fiunt, *l.* 5. *De V. O.* 2. *Iudiciales* in ſpecie, quæ ex mero ſoloque Judicis officio veniunt, & in judicio fiunt, *d l.* 5. 3. *Prætoriæ*, quæ ex ſolo meroque Prætoris, ſeu magiſtratus officio veniunt extra judicium, *d. l.* 5. *l.* 52. *ff. eod.* (Suntque vel *Speciales*, quas Prætor fieri jubet non rogatus judicii conſtituendi & confirmandi cauſſa: vel *cautionales*, quas Prætor non niſi imploratus fieri jubet.) 4. *Communes*, quæ modò ex ſolo Prætoris, modò ex judicis officio, ſive in judicio, ſive extra judicium, proficiſcuntur, *d. l.* 5.

Conventionales ſemper ſunt nudæ, nunquam ſatiſ-

atiſdationes, exceptâ ſolâ cauſsâ fidejuſſionis. *Iudiciales* interdum ſunt nudæ, interdum ſatiſdationes; quæ etiam ipſæ fiunt fidejuſſoribus; *de his in pr. Inſt. de div. ſtip. & d. l. 5. & l. 1. De præt. ſtip.* Qui non conſtituuntur, niſi ſtipulatione; ut fidejuſſio ſit ſtipulationis ſpecies.

Fidejuſſio eſt ſtipulatio, qua quis, pro debitore, ſtipulanti promittit ſuo nomine, ſalvâ manente obligatione debitoris principalis, *l. l. 5. §. 2. l. 4. 5. l. 12. C. de fidejuſſ.*

Fidejuſſor cuivis ſtipulationi accedere poteſt; ut debitum ſit tanto tutius, *l. 1. §. 8. De O. & A.*

Quod pignus in re eſt, in homine eſt fidejuſſio.

Fidejuſſor in minus quidem, non in majus, obligari poteſt quam principalis debitor. Arctius tamen & efficacius poteſt; ſcil. cum juramento, debitore ſimpliciter obligato, *l. 8. §. 7. l. 34. De fidejuſſ. §. 5. Inſt. eod.*

Neque intereſt ante, vel poſt ſtipulationem promittat, *§. 3. Inſt. l. 6. D. eod.*

II. Ex *cauſſa materiali:* in ſtipulationes *dandi*, vel *faciendi*; *l. 2. l. 5. §. 1. De V. O.* prout vel factum, vel res, vel utrumque in ſtipulationem venit.

A facti ſtipulatione liberamur præſtatione interuſurii, vel æſtimationis; *l. 72. l. 113. §. fin. l. 135. §. 3. ff. eod.* A dandi, non niſi rei ipſius præſtatione. Niſi interierit. Eo autem caſu vel ſolo interitu liberamur, vel præſtatione æſtimationis.

Hinc ſtipulationes aliæ *Certæ*, quibus ſtipulamur certum aliquid; ut plerunque ſunt rerum ſtipulationes, nunquam factorum. Aliæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Incertæ, cum incertum; ut ſunt omnes ſtipulationes in quas facta veniunt, rerum interdum, *l.* 68. *l.* 74. *cum ſeq ff. eod.* Aliæ *Dividuæ*, quę rei vel facti quod in ſtipulationem venit, præſtationem pro parte recipiunt. Aliæ *Individuæ*, quæ præſtationem pro parte non recipiunt, *l.* 1. 2. 3. 4. *&* 72. *ff. eod.*

Pro parte præſtari poſſunt ſummæ, quibus pro parte ſolutis remanet obligatio: Item ſpecies certæ, puta Stichus; partis diviſionem & pro parte liberationem admittunt. Intellige partem civilem, quæ mente potius quam corpore percipiatur; non naturalem, quæ corporis eſt; & facta, non partem, ſed totum conſtituit, & rem interire facit, *l.* 26. *De acquir. poſſ. l.* 60. *De V. S. l.* 6. § 1. *ff. comm. præd.*

Facta pleraque ſunt individua: in rebus, res incorporales & genera; in obligatione alternativa, ſpecies. *d. l.* 72.

Hæc diviſio præcipuè ſpectatur in perſonis heredum, qui pro partibus hereditariis in obligationem defuncti ſuccedunt, *l.* 2. §. 1. 2. *De V. O.*

Eſt & ſtipulatio alia *Simplex*, cum una aliqua res in ſtipulationem deducitur: alia *compoſita*, cum plures. Idque vel conjunctim, vel disjunctim.

Quod quædam eſt *pura*, quædam *mixta*, contractibus pleriſque commune eſt.

De contractu literarum.

CAPUT XL.

L*Iterarum obligatio* eſt contractus, quo quis chirographo, ſeu literis fatetur, ſe ex hac, vel illa cauſſa, ei cui chirographum dedit, ejuſve

juſve heredibus, debere, *tit. Inſt. de liter. oblig.*

Si revera debet, obligatio eſt ex cauſſa naturaliter, ex literis civiliter; Si non debet; nulla eſt naturalis, ex cauſſa tamen eſt civilis obligatio: Si literas fatetur & debitum literarium, ut maximè non debeat, ad ſolvendum condemnatur: Sin literas fatetur, ſed neget debitum, actioni huic civili opponet exceptionem non numeratæ pecuniæ.

Hæc olim erat perpetua; & ejus effectus, ut ſi creditor aliis teſtibus probare non poſſet deberi, cauſſa caderet, *l.* 3. *C. de non num. pecun.* Poſtea quinquennio definita eſt. & deinde ad biennium coanguſtata, *l.* 14. *C. eod.* Quod ita accipe, ut ſi intra biennium opponatur à debitore per modum exceptionis vel actionis, creditor neceſſe habeat probare ex cauſſa literis expreſſa ſibi deberi: ſin poſt; debitor neceſſe habeat probare, ſe ex illa cauſſa non debere.

Quâ ratione fit, ut qui non debeat ſolvere cogatur, & qui debet, non ſolvat, defectu ſcilicet non juris, ſed probationis.

De contractibus innominatis.

C A P U T XLI.

Contractus innominati ſunt contractus veri, nullum quidem ex jure civili nomen *l.* 1. §. 2. *De rer. perm.* ſed negotium civile habentes, *l.* 1. *de æſtimat. l.* 15. *ff. de præſer. verb.* cujus forma generalis ſit, nec certis limitibus definita, ac ad contractum nominatim referri non poteſt, *l.* 1. *l.* 3. *De præſc. verb.*

Eſt autem negotium civile, ſi quid detur,

vel fiat : quod ſi conventioni non inſit, contractus non eſt, ſed pactum duntaxat, *l. 7. De pact.*

Contractuum horum duo ſunt genera, 1. Quidam *ſpecialiores*, 2. Quidam *generaliores*.

Specialiores, ſunt in quibus negotium tale, quod ad nominatum aliquem contractum quidem referri poteſt, ſed dubitatur ad quem.

Talis. 1. *Contractus æſtimatorius*, quo agitur ut rem vendam & æſtimationem quam indicaſti ſolvam; aut ſi vendere nequeam, eandem reſtituam, *l. 1. De æſtimat.* Poſſum etiam mihi retinere, & æſtimationem ſolvere. *Cujac. in par. C. eod.*

Referri autem poteſt ad emtionem venditionem, ob indicatam æſtimationem; ad locationem conductionem, propter operas in vendendo adhibitas, mercede interveniente; & ad mandatum, nulla interveniente d. l. 1.

2. *Permutatio:* qua certa ſpecies cum certa ſpecie rei ejuſdem generis commutatur, *l. 1. De rer. permut.*

In hac utraque ſpecies rei loco eſt & pretii, ut emtio venditio eſſe poſſit; l. 2. ff. eod. *Non eſt tamen; quia uter emtor & venditor ſit non conſtat,* d. l. 1.

Si cum contractu Do ut des comparetur, eſſe ejus ſpecies videtur; ſed cum ſit bonæ fidei, & in ejuſdem generis ſpeciebus verſetur, cum contractus Do ut des ſit in ſpeciebus diverſorum generum, & illa contractibus nominatis ſit vicinior, quam contractus ullus alius Do ut des: Inde eſt ut permutatio in prius genus contractuum innominatorum ſit relatum, l. 5. ff. de præſcr. verb.

Genera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Generaliores, ſunt de quibus dubitatur, an ad contractum aliquem nom natum referri poſſint. Tales ſunt contractus *Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias.* Qui generaliſſimi omnes ſunt, & omnia negotiorum genera ſuo ambitu comprehendunt; etiam ipſos contractus nominatos; quos poſtquam jus civile ab his diſtinxit, nulla eorum habetur ratio.

Contractus nominatus eſt negotii unius ſuis limitibus definiti; innominatus etiam unus, negotiorum ſæpe diverſiſſimorum.

In contractibus innominatis omnibus licet à contractu perfecto, nondum tamen conſummato, alterâ parte invitâ recedere, atque id quod datum eſt condicere; facti verò nomine interuſurium petere. Quod non æquè receptum in nominatis.

De contractibus impropriis.

CAPUT XLII.

IMproprius (vulgo quaſi) *contractus* eſt qui conciliatur conſenſu à lege, propter factum aliquod interveniens, ficto: Cum ſcilicet duo, vel plures in negotium etiam ignorantes, aut non intelligentes incidunt; adeoque nec conſentientes, nec diſſentientes, in hoc ut indè obligatio exiſtat.

Eorum ſex ſunt capita. 1. *Negotii adminiſtratio*, ſeu geſtio, quo quis alterius ignorantis negotium ſpontè gerendum ſuſcipit, §. 1. *Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex cont.*

Differt à mandato & locatione, quod in illis negotium geratur ex voluntate domini; hic eo nec volente, nec nolente, ſed ignorante, tamen ſi ſciret conſenſuro. Quia quivis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

mavult negotia ſua curari, quam perire, *l. 2. & paſſim. De negot. geſt.*

Ut negotiorum geſtio ſit, ignorare eam debet dominus: *Nam ſi ſciat, nec geſtionem impediat, ipſe tacendo conſentit, & ſic potius mandatum erit*, l. 6. §. l. 18. D. l. 6. C mand.

Ut abſit, non eſt neceſſe, *l. 41. De neg. geſt.* Nec intereſt ad obligationem conſtituendam geſtor ſciverit, an ignoraverit, cujus negotium ſit, *l. 45. §. 2. D. eod.*

Qui negotium ut ſuum geſſerit, directo quidem & ex verbis Edicti non obligatur; ſed tamen utiliter ex ejus mente, l. 6. §. 3. ff. eod.

Nulla ex hoc contractu eſt obligatio, niſi geſtor agere cœperit. Ubi autem ſemel gerere cœpit, deſerere quod inchoavit non poteſt. Aliis autem amici ejuſdem negotiis gerendis non adſtringitur, *l. 21. §. 2. ff. l. tutori. C. eod.*

II. *Tutelæ adminiſtratio*, quæ (etſi non intercesſerit expreſſus conſenſus) obligat. 1. Tutorem ad reddendam pupillo rationem adminiſtrationis, & viciſſim pupillum tutori ad id quod ſibi ex tutela adminiſtrata utiliter abeſt, reddendum, §. 2. *Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex contr. l. 2. 4. & aliis. C. de neg. geſt.* 2. Tutorum fidejuſſores. 3 In ſubſidium etiam Magiſtratus, qui vel omnino non ſatiſdari, vel non ſatis idoneè, paſſi ſunt, *tot. tit. D. & C. de fidejuſſ. tut. & de magiſt. conven.*

III. *Communio rei*, & quidem. 1. *Hereditatis*, qua res in hereditate exiſtentes inter heredes ſunt communes, qui in ſe incidunt potius, quam ut conſenſus eos junxerit; qui tamen à lege præſumitur ex eo quod heredes eſſe volunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Per hanc, ſi unus aut alter hereditatem ve-
t dividi, dividenda eſt, & quod uni per alte-
am abeſt hereditatis occaſione præſtan-
um *l.25 §.16.ff.famil.erciſc.*

2. *Rerum aliarum*, puta non ex cauſſa ſocie-
atis, (quæ verus eſt contractus) ſed legati,
onationis quam non conſenſus, ſed fortuna
nducit, §.3.*Inſt. de obl. quæ quaſ ex cont.*

Cujus communionis eadem eſt ratio quæ
uperioris.

IV. *Aditio hereditatis*, quæ obligat adeun-
em omnibus quibus ex hereditate illa ali-
uid debetur: quia juris fictione in id conſen-
iſſe intelligitur, § 5.*Inſt.eod.*

*Diſtingui tamen poſſit, ut contractus impropri-
atio habeatur in illis quæ defunctus teſtamento
ieri præcepit, legatis, fideicommiſſis; non in iis, quæ
defuncti perſonâ cœperunt, ut ſunt debita here-
litaria. In his enim agitur ex contractu proprio
um defuncto celebrato.*

*Sicut autem quamdiu eſt contractus nominatus
non habetur ratio innominati, ita quoties verus eſt,
improprius in conſiderationem non venit.*

V. *Indebiti ſolutio*, (Cujacio *pro mutuum*)
quod duobus locis à Juſtiniano refertur, hic
ſcilicet, §.6 *Inſt.eod.* & inter contractus reales,
§. 1. *Inſt.de obl. quæ re contr.* Hic ratione initii,
inter reales ratione effectus, & obligatio-
nis.

Eſt autem contractus quo is cui per erro-
rem indebitum ſolutum eſt, obligatur ad e-
jus reſtitutionem, *l.5.* §. 3.*De O. & A.l.7.De
cond.ind.*

Per *errorem* dico. *Qui enim ſciens indebi-
tum ſolvit non contrahit.* Et quidem erro-
rem non juris, ſed facti: *In jure enim errans pro
eo habe-*

eo habetur, qui debitum ſciens ſolvit, & *donaſſe intelligitur,* l. 53. De R. I. l. 1. De cond. ind.

Indebitum intelligitur ex naturali, & civili jure, aut naturali tantum; non ex civili tantum tale.

Contraxiſſe autem non diſtraxiſſe judicatur qui indebitum ſolvit. *Quia potius judicatur voluiſſe mutuo dare, quã perdere,* d. §. 6. d. l. 5. §. 3.

VI. *Exhibitio*; quæ eſt contractus improprius, quo is qui rem tenet in qua alius habet intereſſe, eo ipſo quod eam tenet, intereſſe habenti intelligitur conſenſiſſe, de re illa, quandocunque ipſi libuerit, reddendâ. *De quo tot. tit. ff. & C. ad exhibend.*

De contractibus mediatis.

CAPUT XLIII.

MEdiatus contractus vocatur, docendi cauſſa, is, ex quo is qui contraxit, obligationem alteri acquirit, non ſibi. *Immediatus* autem ex quo ſibi acquirit, non alteri.

Eſt quidem regulare alterum alteri non acquirere, *l, 11. De O. & A.* Sed illa regula limitatur in extraneis perſonis, §. 5. *Inſt. per quas perſ. acq.* hoc eſt eis in quas nullum nobis jus eſt, nec miniſterii, nec poteſtatis. Quæ alterutro jure nobis devinctæ ſunt, per eas nobis acquiritur obligatio, *t. t. Inſt. eod. D. quod cum eo qui in alien. poteſt. geſt.*

Jure miniſterii ſolo quidem nobis jus eſt in eos, qui alicui negotiationi à nobis ſunt præpoſiti. Qui obligant quidẽ ſibi eum cum quo contrahunt; ſed obligationem in ſolidum domino acquirunt, & §. 2. *quod cum eo, &c. l. 651. ff. de ext. act. l. 5. §. 1. 2. De inſt. act. C. eod.* Item ſi in eam rem, eâque lege & formâ cum præpoſito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ito ſit contractum, in quam fuit præpoſitus, *d.l.1.§.7.§.12.l.7.ff.eod.§.2.Inſt.quod cum eo &c.* ei cum quo contraxit obligat præponentem, *d.l.1.§.ſed ex contrario.*

Adeò ut eo caſu qui cum præpoſito contrahit tum duos habeat ſibi obligatos, contrahentem & præponentem, *d.l.1.§.17.De exerc. act.*

Præpoſitio vel eſt *Exercitoria*, facta ad negotia maritima. Exercitor is eſt ad quem omne navis commodum redit, ſeu navis dominus. Magiſter cui commiſſa eſt navis gubernatio. Vel *Inſtitoria* ad terreſtria, quæ ab Inſtitore dicitur, qui illis eſt præpoſitus, *d.§.2. Inſtit. quod cum eo, qui, &c. l.3. De inſtit.act.*

Ad exercitoriam pertinet *Lex Rhodia*, quâ conſtitutum, ut jactura facta navi laborante omnium contributione quorum interfuit eam fieri ſarciatur, *l.1. & paßim. ff. de l. Rhod.de jact.*

Ex contractu filiifam. vel ſervi pater & dominus obligantur in ſolidum quidem cum mandato eorum negotium geſſerunt, §. 1. *Inſt. eod. l. 1. §. 1. l. 5. ff. quod juſſu.* cui ratihabitio comparatur. Alias non in ſolidum.

Sed ſi quidem ſcientibus nobis & patientibus, vel volentibus in merce peculiari filiusfam. vel ſervus proprietate noſter, aut uſu, aut fructu, negotietur, *ex tributo.l.1.§ fin.l.2. ff. de tribut. act. §. 5. Inſt.eod.* Si ignorantibus, vel *ex peculio*, h. e. quatenus peculii vires patiuntur, deducto prius eo, quod patri vel domino debetur, §. *actiones. Inſt.de action.d.§.5.* Vel ex eo *quod in rem verſum* eſt, ſi filiusfam. vel ſervus ſine voluntate patris, vel domini, quid

quid utiliter in rem ejus verterit, eatenus quatenus verſum eſt. *d.* §. 5. *l.* 1. *ff. quod cum eo, &c.*

De contractuum adjunctis.

CAPUT XLIV.

ADjuncta contractuum ſunt duplicia.

1. *Quædam inſunt contractibus*, per ſe & ex natura, eorum, quæ ſcilicet ſemper adſunt, nunquam ab iis abſunt.

Talia ſunt. 1. Quod quidam contractus ſunt *bonæfidei*, ex quibus præſtatur id quod æquum & bonum videtur, etſi de eo cogitatum non ſit, *l. 2. in fin. l. 5. De O. & A. l. 36. De pecul.*

Ut commodatum, *l. 2. C. commod.* Depoſitum, *l. 9. C. depoſ.* Pignus, Emtio venditio, *l.* 1. §. 1. *ff de act. emt. l. 7. C. ſi quis alter. vel ſibi.* Locatio conductio, *l. 45.* §. 1. *ff. l. 21. C. locati.* Societas, *l. 3. C. pro ſocio.* Mandatum, Stipulatio ſuper dote interpoſita, *l. un.* §. 7. *C. de rei uxor. alt.* §. *fuerat. Inſt. de action.* Permutatio, *l. 1. C. de rer. permut.* Contractus æſtimatorius, *l.* 1. *De æſtim.* Tutelæ adminiſtratio, Negotiorum geſtio, *l. 13. C. de uſur.* Communio rerum hereditariarum, & præter illas aliarum.

Quidam *ſtricti juris*, ex quibus præſtatur tantum id de quo convenit, & quod expreſſum eſt, *l. 99. ff. de V. O.* Ut Mutuum, Stipulatio, & reliqui contractus, præter nominatos.

2. Contractuum alii *Utrinque obligantes*, ut plerique, δίπλευροι Cujacio: alii *ex alterâ tantum parte*, ut mutuum, promutuum, ſtipulatio, μονόπλευροι dicti.

3. Qui-

3. Quidam ineuntur *utriuſque contrahentis juſſa;* Pignus, emtio venditio, locatio conductio, ſocietas, mandatum, contractus innominati omnes. *Alterius tantum*, omnes alii, *l.5. .2. ff. commod.*

4. Quidam ſunt *gratuiti*, Mutuum, commodatum, depoſitum, ſtipulatio, mandatum, negotiorum geſtio, tutelæ adminiſtratio, promutuum, communio, exhibitio, Cæteri *mercenarii.* Alii tamen, aliis magis.

II. *Quædam adjuncta adſunt, ut etiam poſſint abeſſe;* inſunt autem tum, cum in contrahendo ita convenit, ut ineſſent. Alias aut non inſunt, aut inſunt ex legis auctoritate.

Horum adjunctorum 1. Quędam ſunt *Communia*, quæ omnibus contractibus adjungi poſſunt. Qualia ſunt pacta, acceſſiones, & mora.

Pacta, cum facti ſint, certâ regulâ definiri non poſſunt. Omnia autem ſunt ex conventione, nulla ex natura contractus: etſi contrahentes interdum expreſsè paciſcantur de his quæ ſunt de natura contractus, eique inſunt, etſi de illis non ſit conventum, *l.68.§.1. De contr. emt. l. 13. §. 8. De act. emti. l. 20. De evictıon.*

Huc pertinent illa: *Ea quæ abundant non nocere, l.94. De R.I.l.65. De V.O.*

Quæ dubitationis tollendæ gratia contractibus inſeruntur, jus commune non lædere, l. 81. De R. I.

Semper in contractibus id nos ſequi quod actum eſt, l. 34 D. eod. At ſi non appareat quid actum ſit, ut id ſequamur quod in quolibet contractu jus nos ſequi voluit, d.l.34.l.38. De act.emt. l.34. De negot.geſt.l.54.§.1.ff.locati.

Pacta

Pacta autem ſunt duplicia. 1. Quibus contractus *informatur*. 2. Quibus *probatur*.

Informatur tum, cum interponuntur, ut ex contractu quid præſtetur, quod aliàs ex natura ejus non præſtatur, vel contra, *d. l. 7. §. 5. l. 27. De R.I.*

Illud cum fit, pacta dicuntur *adjicientia* (ad contractus ſcilicet adminicula, ſalva ejus ſubſtantiâ, *l. 72. De contr. emt.*) Cum hoc, *detrahentia.* (de ipſa contractus ſubſtantia.)

Pacta vel fiunt *in continenti*, (h. e. ſimul cum ipſo contractu unâ conventione concluduntur, *l. 3. C. de ædil. action. l. 27. C. de pact.*) Vel *ex intervallo*, (poſt contractum perfectum aliquanto tempore, *d. l. 7. §. 5. l. 72. ff. de contr. emt.*)

Illa ferè ſunt adjicientia, & contractui inſunt ipſo jure, & certum eſt quod contractum forment, informent, reforment, & tam ad actionem, quam ad exceptionem proſunt. Hæc promiſcuè vel adjicientia eſſe poſſunt, vel detrahentia, eaque contractum non formant verè & illi inſunt; Reo tamen proſunt ad exceptionem, *modo dd. loc.*

Atque hæc de bonæ fidei contractibus indiſtinctè vera ſunt: de ſtricti juris, dubitatur.

Contractus ſinguli habent ſuam ſubſtantiam, ſuaque adminicula circa quæ fiunt pacta. Communes affectiones ſunt, *Dolus*, *Culpa*, *Caſus*. *de quib. ſup. c. 6.*

Dolus, & *culpa lata* veniunt in omnes: ſed ſola in depoſito & precario: Præter eas, ſola *levis* in pignus, emtionem venditionem, locationem conductionem, ſocietatem, rei communionem, & dotis dationem. *Leviſſima*, in commodatum, tutelam, mandatum, negotio-

egotiorum geſtionem. *Caſus* in ſolum mutuum: *quia domino res ſua perit:* Niſi culpa cam præceſſerit, aut mora ſine juſta cauſſa ſit ...cta, *vid. Vult. diſc. ſchol.* 15.

Ex conventione tamen poteſt fieri, ut in uovis contractu caſus etiam præſtetur, & ulpa leviſſima in eo in quem aliàs non venit.

Acceſſiones contractuum in illis ſunt, quius quid præter ſortem exigitur, *l.* 12. *C. de ſur. Briſſon. lib.* 1. *de V.S. verb. acceſſiones etiam.* el *ipſo jure*, quod eſt interuſurium, Vel *ex nventione*. Quoddam interuſurium, & præer id omne fœnus & pœna omnis.

Interuſurium, ſeu intereſſe, eſt incommodias actoris vel rei, quæ culpa adverſarii conngit, *l.* 3. §. *fin. ff. uti poſſid. l.* 13. *ff. rat. rem hab.* 33. *ff. ad l. Aquil. l.* 21. *De act. emt.* Vel *in re ipſa*, e qua ſupra, vel *in mora*, ſive *creditoris* in acipiendo, ſive *debitoris* in ſolvendo.

Mora eſt culpa non reſpondentis ad conentionem oportunam debitoris, vel creditoris. *Cujac. in par. D. de uſur.*

Eſt vel *in perſonam: Creditoris*, per oblatioem pecuniæ: *debitoris*, interpellatione. Id eſt enunciatione (unicâ, cum inſtantiâ, *l.* 87. §. 1. *De legat.* 2.) creditoris, oportuno loco & temore facta, *l.* 32. *De uſur.* Vel *in rem*; ſine interellatione, & ſolo temporis curſu commiſſa. Quo caſu dies pro homine interpellare dicitur, *l.* 23. §. 1. *De uſur. l.* 49. *De V.O. l.* 23. *De O. & A. l. fin. C. de cond. ob turp. cauſſ.*

An mora ſit commiſſa, cum facti magis ſit uam juris, apud judicem examinabitur, *d. l.* 2. *De uſur.*

Fit vero in re. 1. Diei adjectione, *l.* 49. §. *fin*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

fin. De V. O. l. 23. *De O. & A.* 2. Sine eâ, cum non extat qui conveniatur, *l.* 23. §. 1. *De uſur.* Aut cum quis eſt poſſeſſor malæ fidei rei mobilis aut immobilis, *d. l. fin C de cond. ob turp. cauſſ. l.* 8. §. 1. *De cond. furt. l.* 25 §. 1. *ff. de petit. hered.* 4. Cum libertas fideicommiſſa, *l.* 26. §. 1. *De fideic. libert.* 5. aut minori legatum aliquod aut fideicommiſſum relictum eſt, *d. l.* 87. §. 1.

Facta mora. 1. Producit & perpetuat obligationem, *l.* 91. §. 3. *De V. O.* 2. In bonæ fidei judiciis excitat, vel ſiſtit uſurarum curſum, *d. l.* 32. § 2. *De uſur.* 3. Facit ut fructus rei principalis debeantur, *l.* 8. *l.* 14. *De uſur.*

Purgatur (ex æquitate, non ipſo jure, *d. l.* 91. §. 3) 1. *Oblatione*, cum debitor ante litem conteſtatam paratus eſt id facere in quo moram admiſerat, & in ea voluntate perſeverat, *l.* 135. §. 2. *l.* 122. §. 5. *l.* 73. *De V. O. l. obſignatione. C. de ſolut.* 2. *Novatione*, *l.* 8. *l.* 14. *De novat.* 3. *Conditionali ſtipulatione*, *l.* 72. §. 1. *De ſolut.* 4. *Ipſa dandi, aut faciendi præſtatione*; Quæ poſt moram, ante litem conteſtatam, licita eſt.

Habetur autem interuſurii ratio culpa tam ex re, quam extra rem commiſsâ.

Eſt autem vel *Intereſſe* in ſpecie dictum, vel *uſura*.

Intereſſe in ſpecie dictum, eſt intereſſe cauſatum ex re cujuſque generis, exceptâ eâ quæ in quantitate eſt poſita, ſive in dando, ſive in faciendo conſiſtat.

Venit præſtandum tam ex culpa in re commiſſa, quam ex culpâ moræ in omnibus contractibus; non tamen eodem modo.

Æſtimatio ejus difficilis eſt, quia quatenus cujuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

njuſque interſit in facto conſiſtit, non in ju-
;, *l. fin. ff. de ſtip. præt. l. 2. §. 2. De V. O.*

Juſtinianus ita diſtinxit, *l. un. C. de ſent. quæ ro eo quod inter. prof.* ut *in caſibus certis*, (h. e. uando in contractu verſatur res certa) non xcedat dupli quantitatem, h. e. re principali ltero tanto amplior eſſe non poſſit. *In incer-s*, (h. e. quando res incerta verſatur, puta in ocatione facti) Judex taxet id quod inter-ſt revera actoris, non ex actione ipſius pri-ata.

Uſura, eſt incommoditas, & intereſſe circa uantitatem debitam.

Ex rebus enim ſolis in quantitate conſi-tentibus percipitur, h. e. pecunia; ex alia ta-nen etiam percipi poteſt. *Hottom. in præfat. omm. De uſur. in pr.*

Conceditur in compenſationem ejus, quod reditoris interfuit pecuniâ debitâ caruiſſe, *l. 17. §. 3. De uſur. l. 17. De doli. mal. exc. l. 60. De vict.*

Ex culpâ moræ præſtatur, non æque ex cul-pâ in re commiſſa, *d. l. 17. §. 3. d. l. 32. ff. de uſur.*

Et quidem 1. Vel *ipſo jure*; puta jure ſcripto debitori in ceſſionis pœnam inflicta, e. g. uſu-ra rei judicatæ, pupillaris, fiſcalis, uſuræ & fru-ctus legatorum & fideicommiſſorum, *ſing. tit. Cod.*

2. Vel *officio judicis*, qui an, & ad quem mo-dum, ſolvendæ ſint, æſtimat. Si uſurarum in ſententia judex non fecerit mentionem, pe-tere amplius eas non licet, niſi ab eâ provo-cetur, *l. 13. de uſur. l. 1. §. 2. ff. eod.*

3. Vel *conventione*, h. e. pacto, vel ſtipulatio-ne, *l. 3. C. de uſur.* in contractibus bonæ fidei:

l. 7. §. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

l.7.§.4. D.eod.l.1.l.4. C.eod.l. 24.l.26.ff. Depoſiti. Ex hac tantum in ſtrictis; *l. 24. De præſc. verb.* Niſi cum res in obligatione eſt quæ menſura conſtat; ut frumentum. *l. 12.17.23. C.de uſur.*

Si tamen pactum uſurarium contractui ſtricti juris ſit appoſitum, & ex hoc uſuræ ſolutæ, condici nequeunt; *l. 4. C.eod. Cujac. 8. obſ. 17.*

In ſtrictis contractibus citra ſtipulationem uſuræ ex mora non dantur, *l. 135. De V.O.* In bonæfidei, ex mora debentur, etiam citra conventionem. Tutius tamen eſt apponi pactum.

Ex *conventione autem ſola*, non ex ipſo jure *præſtatur. Fœnus, Pœna.*

Fœnus, eſt lucrum quod tantum propter cauſſam mutui certis temporibus exigitur. *Hot.in com.de uſur.l.34.ff.ſi cert.put.* etiam tum cum creditoris nihil intereſt.

In lucro & quæſtu eſt poſitum. Non ex natura & pacto mutui, ſed ex *ſolâ ſtipulatione*, quamprimum à die contractus mutui interpoſitâ regulariter, *d.l.24. De præſcr. verb.l. 14.De novat.l.121.De V.S.* Ex *pacto* certis caſibus; ut in pecunia civitatum, *l.30.De uſur.* argentariorum. *Nov. 136.* nautica, *l.7.De naut. fœn.* quæ naviganti creditur. Quia hujus periculum ſuſcipit creditor, *l. 3. D.eod.* cum aliàs pecuniæ mutuatæ periculum pertineat ad debitorem, *l.11.C.ſi cert.pet.*

Nautici fœnoris olim nullus modus fuit, *Paul.2.ſent.15.* terreſtris finis centeſima, *d.l.4. §.fin.l.8.C.ſi cert.pet.* ideò legitima dicta, *d.l.8. d.l.4. §.fin.* Ex Juſtiniani conſtitutione, *in l. 26.C.de uſur*, centeſima eſt modus uſuræ nauticæ,

cæ, terreſtris ex perſonis uſuras ſtipulantibus, vel quibus officio Judicis addicuntur, reſtricta; ita ut illuſtres viri, & ſupra illos, triẽtes tantum uſuras accipiant. (argentarii, & negotiatores non ultra beſſem.) Cęteris pręter hos conceſſa ſemis, ut & fiſco, *l. fin. C. de fiſcal. uſur.* et pupillis. Niſi cum tutor pecunias pupillares in uſus ſuos converterit, *l. 7. §. 7. & ſeqq. De admin. tut. l. 38. De negot. geſt.* Fructuum, *d. l. 26.* Sic rei judicatæ uſuræ poſſunt eſſe centeſimæ, *l. 2. C. de uſur. rei jud.* Eccleſia tãtum ſolvit quadrantes; *Nov. 7. c. 3.* agricolæ trientes. *Nov. 32.* æquales quales ſint creditores, etiã argentarii.

Uſurarum uſuræ exigi non poſſunt quamvis etiam uſuræ per ſtipulationem in ſortem ſint redacta, l. 28. C. de uſur. *Pœnam* creditor ſæpe ſolet ſtipulari, niſi quod debetur certo die detur, aut fiat, *l. 44. D. eod.* Committitur poſt moram. Et peti poteſt, ut maxime creditoris non interfuerit, *l. 38. §. 17. De V. S.*

2. Quædam *adjuncta aliquibus, aut uni contractui ſunt propria.* Talia *in Emtione Venditione* ſunt duo, & ſemper ex pacto, & quidem

I. *Addictio in diem*, quę res à venditore emtori traditur, ea lege, niſi intra diem certum de quo convenit, quis ſupra adjecerit, ſeu meliorem conditionẽ obtulerit, *l. 1. De in diem addict.*

Quod ſi fit, emtio venditio, quæ ab initio erat pura, ſub conditione reſolvitur: *l. 2. D. eod.* Sin minus, confirmatur ea quæ fuit ab initio contractus; non fit alia.

II. *Lex Commiſſoria*; qua id agitur, ut ſi emtor precium intra ſtatutum diem non ſolvęrit, & venditorem veniſſe nolit, nec vendita ſit, nec alienata, *l. 2. & paſſim D. de leg. commiſſ.*

In pignoribus improbata eſt. ſup. c. 34.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

In *emtione venditione* & *locatione conductione* ſunt tria.

I. *Ædilitium Edictum*, quo contractus tollitur, vel ad æqualitatem reducitur, rei quæ in utrumque contractum venit vitio, *l.* 1. *per tot. ff. de Ædil. edict.* Tali ſcilicet quod uſum ipſius rei impedit, *d. l.* 1. §. 7.

Ejus ratio habetur; ſi vel venditor, cum lateret, ac emtor neſciret, id reticuerit, vel abeſſe aliquid dixerit, quod non abeſt: *l.* 19. *ff. eod.* adeſſe quod non adeſt: *l.* 18. *D. eod.* vel ſi non repromittantur emtori ea quæ in rebus venalibus Edictum Ædilitium repromitti jubet.

Ceſſat Edictum, ſi vitium manifeſtum ſit, vel ſi emtor de eo ſciverit; non etiam ſi venditor ignoraverit.

Conceſſa eſt emtori propter illud vitium ignoratum, & occultum. 1. *Redhibitio*, quâ contractus reſolvitur, & omnia in priſtinum ſtatum reſtituuntur, reddito emtori pretio cum uſuris, & venditori re cum fructibus, *l.* 21. *D. eod.* 2. *Quanti minoris*, quæ & *æſtimatoria* dicitur; quâ contractus ex parte reſcinditur, ex pretio ſcilicet emtori reddito eo quo minoris res eſt, *l.* 1. 2. 6. 13. *ff. eod.*

II. *Evictio*, quę eſt plena, in judicio in rem, victoria ejus, qui agit adverſus emtorem, vel conductorem; aut cum quo agit emtor, vel conductor. Ad effectum ut res abducatur, auferatur, vel poſſeſſor retineatur.

Ea debetur à venditore & locatore, aut ex *ſtipulatione, ſi ea intervenerit*, ſive ſimpli, h. e. precii, & interuſurii: ſive dupli, h. e. pretii duplicati: *aut ſi non intervenit ex natura contractus*, ad recuperationem pretii, & omnem utilitatem.

III. *Arrha*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

II. *Arrha*, quæ in probationem & con-
nationem contractus addita, eo perfecto
redditur, aut in partem pretii, ſeu merce-
, retinetur.

De delictis in genere.

CAP. XLV.

Lter modus acquirendæ obligationis eſt *Delictum*; Definitur autem offenſio contra s illata *Bodin. in meth. jur. univ.* *Modò ſcienter it, & ex propoſito.* Utpote quo maleficia di- nguuntur, *l. 3. ff. de furt. l. 33. De injur.* ut pro fendendi animo delictum cenſeatur gra- us, vel levius.

Cogitationis delictum nullum eſt: l. 18. ff. de œn. *Conatus plerunque; quia dolum & propoſi- im ſibi habet adjunctum.* §. 8. Inſt. de oblig. uæ ex delict. l. 20. C. de furt. & ſerv. corr.

Bruta animantia non delinquunt, quod intelle- tu careant, l. 1. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. *Nec fantes*, l. 12. ff. ad l. Corn. de ſic. l. pen. §. 1. De fideic. libert. *furioſi*, d. l. 12. l. un. C. ſi quis mp. maledix. *dormientes, & his ſimiles.*

Ebrius delinquit, d. l. un. l. 11. § 2. De pœn. *ed in actionis executione ab ebrioſo diſtinguitur.* vid. Gail. 2. obſ. 110. n. 26.

Si quis ignorans quid faciat, quo offenſio fiat, non cenſetur delinquere regulariter, l. 1. De ll. l. 2. De term. moto.

Non ſolum qui factum exercuit, ſed & qui juſsit, perſuaſit, curavit, quid fieri, delinquere cen- ſetur, l. 11. De injur. l. 15. ff. ad l. Corn. de ſic.

Delicta ſunt vel *propria*, vel *impropria*. *Pro- pria* vel *nominata*, vel *innominata*. *Propria nomi-*

 nata, vel

nata, vel pertinent ad cauſſam *publicam* tan-tum, vel ad *privatam* tantum, vel ad *utramque*. Juxta hanc diviſionem de delictis diſſ-remus.

De delictis circa cauſſas publicas ſacras.

CAPUT XLVI.

CAuſſæ publicæ ſunt vel *Sacræ*, vel *pro-fanæ*.

Circa ſacras ſunt. I. *Schiſma*; ſeparatio communione Eccleſiæ, facta citra errorem i fundamento doctrinæ.

II. *Hæreſis*, pertinax erroris in articulo fun-damentali uno, aut pluribus doctrinæ Chri-ſtianæ, defenſio, *l.* 2. §. 1. *l.* 4. §. 1. *C. de hæret.* & *manich. Nov.* 109. *in pr. verſ. hæret.*

III. *Apoſtaſia*, à religione Chriſtiana de-fectio, *l.* 4. *C. de apoſtat.* Vel ita ut nomine & r abnegetur univerſa, vel ut retento nomine in aliquibus ejus veritas deſeratur.

IV. Utrique conjuncta *Blaſphemia*, convi-cium Deo factum. Quo pertinet *Perjurium*.

V. *Sacrilegium*, fraudulenta rei ſacræ, h. e uſibus ſacris deſtinatæ, animo lucrandi fact contrectatio, *l.* 9. §. 1. *D. ad l. Iul. pecul.* quamvi in loco non ſacro. Ex qualitate enim rei æſti-matur, *l.* 5. *ff. eod.*

VI. *Quaſi ſacrilegium*, eſt violatio ejus rei qu pro ſacra habetur; ut conſtitutionum Prin-cipis, *l.* 1. *C. de crim. ſacril.* diſputatio de pote-ſtate Principis, *l.* 3. *C. eod. Cravet. conſ.* 241. *n.* 2. & 3. & an judex ſit idoneus quem Princeps elegerit, *d. l.* 3. *l.* 5. *C. de diverſ. reſcrip.*

VI. Sepulchri violatio, vel in hominem tumulatum, *l. fin. ff. de ſepul. viol.* vel in lo-cum in quo, *paſſim. ſub. tit. ff.* &c. *eod.* vel in

res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

cum defuncto, ſepultas, *l.* 1. 3. 5. *C. eod.* com-
ſſa.

De delictis circa cauſſas publicas profanas.

CAPUT XLVII.

Irca cauſſas publicas profanas ſunt, quæ in
ſtatum Reipublicæ committuntur.

Et quidem 1 *Crimen læſæ Majeſtatis*, com-
iſſum à ſubdito, *Clem. Paſtor. ubi Gl. de re jur.*
majeſtatem ejus qui Reipublicæ ſtatui
æeſt, *l. 2. ff. ad l. Iul. majeſt.* Eoq; vel univerſo;
puli, Principis, optimatum; idque pro Rei-
blicæ forma diverſa, ſive Democratica, ſi-
Monarchica, ſive Ariſtocratica, vel ejus
rti, ut illorum qui magiſtratus gerunt.

In Principem ſummum, verum & propriè
ctum crimen læſæ majeſtatis eſt. In magi-
ratus alios, quaſi & improprium.

Vel *perduellio*, in ſtatus præſentis permuta-
one poſita, *l. fin. ff. eod.* Cujus crimen alte-
hodie gravius eſt.

His conjuncta eſt *rebellio*; Subditorum ad-
erſus eos qui Juriſdictioni præſunt ſeditio-
contumacia, *l. 1. & 2. & C. de ſedit. & de his
ui pleb. cont. Remp.*

2. In honorum & Magiſtratuum petendo-
im modo illicito eſt *ambitus*; ſuffragiorum
ecunia data corruptio, *l. un. D. & C. de leg. Iul.
amb.*

Committitur etiam hodiè ab adminiſtra-
oribus officiorum, qui ante redditas à ſe ra-
iones, eadem repetunt & continuant. *Ad
uod pertinet conſtitutio Arcadii & Honorii. un
t. C. eod. Cujac. in par. C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

3. *Conjurationes*, & conſpirationes illicitæ contra Rempublicam.

4. *Collegia* & ſodalitates illicitæ, minimum trium, ſine auctoritate publicâ conflatæ, *de quib. tit. ff. de colleg.*

5. *Receptationes* occultæ hominum facinoroſorum, *de quib. tit. ff. de receptat.*

Ad ſtatus Reipublicæ conſervationem pertinent.

1. *Peculatus*, furtum pecuniæ publicæ, vel fiſcalis, factum ab eo cujus ea non fuit periculo. Sacrę etiam interdum dicitur peculatus, propriè ſacrilegium, *tot. tit. ff. & C. ad leg. Iul. pecul.*

2. *Reſiduorum*, pecuniæ publicæ retentio, quæ apud aliquem ex adminiſtratione reſedit in publicum non relata: quod & fit, ſi in alium uſum quam in quem oportuit, inſumitur, *l. 4. §. 3. §. 4. ff. eod.*

3. *Annonæ flagellatio*, quum ea redditur carior, *l. 2. De leg. Iul. de ann.* Cui ut occaſio præcideretur, prohibita monopolia, *tit. C. de monop. & conv. negot.*

De delictis circa perſonas privatas commiſsis.

CAPUT XLVIII.

Circa perſonas privatas eſt. 1. *Plagium*, quo quis, ſine vi, dolo malo, abducit homines liberos, & vendit pro ſervis, aut ſupprimit: vel alienos ſervos, iiſque fugam perſuadet, aut fugitivos celat, *l. 1. & l. pen. §. 1. ff. ad leg. Fab. de plag. Cujac. in par. C. eod.*

II. *Læſio hominis*. Et quidem *Vulneratio*, vel *Homicidium*, veteribus etiam parricidium dictum,

ctum, *Budæ.in l.fin. De orig.jur.* Quod alioqui hodie in ſpecie eſt cædes hominis neceſſitudine occidenti conjuncti.

Eſtque vel *parricidium verè*; quod committitur inter parentes vel liberos: (de quo lex Cornelia lata:) Vel *quaſi*, quod inter alios, cognatos, affines, conjuges, *l. 1. ff. de leg.Pom.de parric.* patronum, & libertum, *d.l.1. Paul.5. ſent.* 24. §. 1. Lege Pompejâ inductum.

Si quis telo hominis occidendi cauſſa in publico ambulaverit, quaſi homicidium committit, *l. 1. ff. l. is qui cum. C. ad leg. Corn.de ſicar.*

Homicidium eſt vel *Voluntarium*. Idque vel *ſine cauſſa*, malitioſum: vel *cum cauſſa*, ſui ſcilicet vel honoris ſui defendendi ergò, *d.l.1.§.4.l.2. C.eod.* ex ſenſu juſti doloris, *d.l.1.§ fin.* vel præſentis periculi metu, *l. 29. C. eod.l.4.ff. ad leg. Aquil.* In alium, vel in ſeipſum. Vel *Caſuale*, & vel merè, vel culpa cum caſu conjuncta, *l.7. D.l.5.C.ad leg.Corn.de ſic.*

III. *Prævaricatio*; cauſſæ quæ agitur malitioſa proditio, *l.1. De prævar.* vera diſſimulando & falſa admittendo, *l. 1. §.1.& 6.ff. ad SC. Turpill.*

Fit vel ab accuſatore, cum Reo *l.212. De V. S.* Vel ab advocato, cum adverſario colludente, *l.1.in fin.l.3.§.quod ſi. De prævar.*

IV. *Tergiverſatio*, accuſationis publicę, judicio jam ordinato, ab accuſatore citra abolitionem facta deſertio, *l.1.§.1.ff.l. 1.& in fin. C.ad SC.Turpill.*

Abolitio, eſt remiſſio neceſſitatis accuſandi.

Eſt vel *generalis*, & *publica*; facta à jure, etiam invito accuſatore, ſi reus, vel accuſator moriatur, vel alia juſta cauſſa interveniat.

 l.10.

l. 10. *ff. eod.* Vel ob ferias ſolennes & ordinarias, aut pro tempore à Principe extra ordinem indictas, *l.* 8. *l.* 12. *D. eod.*

Conceditur reis leviorum criminum, *l.* 3. *C. Th. de indulgent.* item accuſatoribus, qui finitis feriis non neceſſe habent crimen repetere, *d. l.* 12.

Sed eſt tantum temporalis: tum demum Reo plenam impunitatem tribuens, ſi poſt finitas ferias accuſator XXX dies utiles labi paſſus ſit, intra quos crimen non repetierit, *d. l.* 10. §. *fin.*

Vel *ſpecialis*, quæ eſt venia accuſationis omittendæ, quæ, ab alterutro, à Judice petitur; *l.* 2. *C. de abolit.* nec conceditur, niſi cauſſa cognita, *d. l.* 2. *Exempla juſtæ cauſſæ repetenda ex tit. D. & C. ad SC. Turp. & tit. C. de abolit.*

V. *Morator* (ſimilis tergiverſatori) eſt qui intra tempus legitimum non peragit reum quem detulit, *l.* 1. *C. eod.*

VI. *Calumnia*, obtrectatio alicui ab aliquo malitioſè facta, *l.* 6. §. *fin. ff. ad SC. Turp.* In judicio gravius habetur, quam quod fit extra judicium.

In eo propriè calumniator dicitur; qui ſciens dolo malo alicui falſa crimina intendit, cujus conatus in irritum abit, *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

Non verò ilico delator qui id probare nequit, calumniator eſt, *d. l.* 1. §. 3.

VII. *Concuſſio*, terror alicui injectus alicujus rei extorquendæ cauſſa, *tit. D. & C. de concuſſ.*

VIII. *Raptus*, violenta fœminæ abductio; libidinis explendæ cauſſa, quamvis volente abductâ, *l. un.* §. 1. & 2. *C. de raptu virg. &c.*

IX. *Coitus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

IX. *Coitus illicitus*; Vel improbante *natura*; ut ejuſdem ſexus, *l.* 34. §. 1. *ff. l.* 31. *C. ad leg. Iul. de Adult.* aut hominis cum bruto. Vel *legibus*, commixtio maris & fœminæ extra nuptias.

Ut. 1. *Adulterium* (quod ex fœmina ſemper æſtimatur.) 2. *Stuprum* (quod quandoque etiam ex mare.)

Utrumque Lege Julia promiſcuè uſurpabatur *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* Juriſconſultis tamen adulterium fit in nuptam, ſtuprum in innuptam, quamvis mas ſit conjugatus, *d. l.* 1. §. 1. *l.* 1. *C. eod. l.* 101. *De V. S.*

Propriè dicitur *ſtuprum*, ſi eſt in fœminam honeſtè viventem, aut etiam in puerum, *l.* 15. §. 5. *De injur.* §. 4. *Inſt. de publ. jud. d. l.* 34. §. 1.

Hodie eſt etiam ſtuprum Concubinatus, qui olim permiſſus, *l.* 3. *De concub.* jure noviſſimo Juſtinianeo omnino eſt prohibitus.

Gravius ſtuprum eſt, inter perſonas jure aliquo inter ſe conjunctas, e. g. A tutore illatum ſuæ pupillæ, *tit. C. ſi quis eam cujus tut. fuer. corrup.* In mulieribus quæ ſe junxerunt propriis ſervis, *tit. C. de mulier. quæ ſe junx. prop. ſerv.* In puellam nondum viripotentem commiſſum, *l.* 38. §. 3 *ff. de pœn.*

Fornicatio, eſt ſtuprum cum fœmina, quæ ſe vulgò proſtituit, *l.* 22. *ff. ad l. Iul. de adult.* Cujus nulla ferè in jure civili habetur ratio.

3. *Inceſtus* inter perſonas ſanguine, aut neceſſitudine junctas, *l.* 38. *l. fin. ff. eod.* Vel juris gentium, inter parentes, & liberos, & qui eorum loco ſibi invicem ſunt; *l. fin. De rit. nupt.* Vel juris civilis inter collaterales, *ſupr. c.* 19.

Crimen coitus illiciti adminiſtrum *Lenocinium* eſt. Unde Leno qui mancipia habet quæſtuaria, *l.* 1. *De extr. crim. l.* 43. §. 7. *De rit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

rit. nupt. Vel ex uxoris adulterio quæſtum facit, *l.* 2. §. 2. *l.* 8. *ff. ad L. Iul. de adult.* & ſimiles.

4. *Polygamia*, quando quis binas nuptias, vel ſponſalia, contrahit, *l.* 2. *De his qui not. inf. l.* 18. *C ad l. Iul de adult.*

X. *Expilatæ hæreditatis*, ſubtractio hereditariarum rerum mobilium ante aditam hereditatem, vel ſaltem apprehenſam earum poſſeſſionem. *Cujac. in par. C. expil. hered.* Quod à furto differt; quia illud eſt interverſio alienæ poſſeſſionis: quoad effectum idem eſt.

XI. Crimen *repetundarum*, quod committitur dum quis eſt in officio aliquo publico, pecuniâ acceptâ, ſe corrumpi patiendo, vel pecunias avertendo, extra vel in judicio, *l.* 1. 3. *ff. de l. Iul repet. Cujac. par. C. eod.*

XII. *Furtum*, rei alienæ fraudulenta contrectatio, §. 1. *Inſt. de furt. l.* 1. *in fin. D. eod.*

Eſt ſemper in re corporali; *l.* 66. *D. eod.* mobili: § *furtivæ. Inſt. de uſuc.* Incorporali, non niſi per conſequentiam; ablatâ ſcilicet re, in qua alteri aliquod jus eſt. Quod cum in re noſtra conſtitutum, ſi intervertitur, rei noſtræ furtum facere dicimur, §. 10. *Inſt. de obl. quæ ex delict.*

Contrectatione autem non dominium, ſed poſſeſſio tantum rei mutatur, manente dominio apud priſtinum rei dominum: poſſeſſio juris eſt, *l.* 10. *De cond. furt.* ex qua poſſeſſor dicitur; ſed malæ fidei.

Furtum committitur animo & corpore, *l.* 1. §. 1. *l.* 52. §. 19. *De furt.* non alterutro ſolo; niſi quod conſilio alicujus factum eſt, §. *interdum. Inſt. eod.*

Is enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Is enim fur eſt, non minus atque qui contrectavit, *l.* 50. §. 1. *ff. eod.*

Qui contrectavit non eſt, niſi adſit dolus malus, h.e. animus intervertendæ alteri poſſeſſionis. Niſi id fiat invito domino, aut ſaltem putet invito eo fieri, §. 7. *Inſt. eod. l.* 20. *C. eod.*

Furtum, eſt vel *manifeſtum*, cum fur vel manus injectione, *l.* 3. *ff. eod.* vel oculis, §. 3. *verſ. viſu. Inſt. eod.* cum exclamatione, ſive à domino rei, ſive ab alio, *d.* §. 3. deprehenditur in ipſo facto, vel in loco furti, vel cum re furtiva antequam pervenerit quo eam perferre deſtinaverat, *l.* 3. 4. & 5. *D. eod.*

Vel *nec manifeſtum*, quod in aliquem trium prædictorum caſuum non incidit, *l.* 8. *D. eod.*

Utrumque ex adjunctis variis variè dividitur. 1. *Conceptum* dicitur, cum apud aliquem teſtibus præſentibus res furtiva quæſita & inventa eſt §. 4. *Inſt. eod.*

2. *Oblatum*, cum ab aliquo tibi oblata eſt, eademque apud te concepta, h. e. quæſita & inventa, *d.* §. 4.

Utrumque abiit in deſuetudinem, *d.* §. 4. *verſ. ſed hæ actiones.*

Manſit quod is apud quem res furtiva reperitur eam furto ſubtraxiſſe præſumatur, quoad auctorem à quo habet, oſtenderit; Ut & qui eam receptavit, ob receptationem, pro fure habetur.

Huc pertinet furtum conceptum *tigni juncti*, quod quis bona fide acquiſitum, domui ſuæ junxit.

Qui tale tignum furatus eſt, fur ſimpliciter dicitur, de his tit. ff. de tign. junct.

3. *Diurnum*,

4. *Nocturnum*, quod diurno atrocius. *Cujac. 11. obſ 27.*

5. *Domeſticum*, factum patrifamilias ab uno ex familia ſua, liberis libertis, ſervis vel miniſtris: quod levius: Uxore. Sed hoc rei amotæ appellationem habet propriam.

6. In *tumultu*; ſcilicet commiſſum occaſione incendii ruinæ, naufragii, vel navis, aut ratis expugnatę. Quod gravius cæteris, *l. in eum. 18. C. de furt.*

7. *Balnearium*; quod item, ob majorem furandi occaſionem, gravius.

8. *Arborum cæſarum*, qui eas cædit, ſecat, excoriat. Cædit autem qui totam arborem excidit, vel qui eam tantum vulnerat: *l. 5. ff. arbor furt. cæſ.*

XIII. *Abigeatus*, furtum pecoris ex ſtabulis vel paſcuis, vel ex armentis animo & ſtudio abigendi, *l. 1. §. 1. De abigeis. Nov. 22. c. 15.*

Gravius eſt; quia plerunque exercetur cum latrocinio. l. 2. ff. eod.

Diſtinguitur à furto ſimplici non pœna tantum, ſed quantitate pecoris ſubtracti, vid. l. fin. ff. eod. *& animo ac arte abigendi*, d. l. 1. §. 1. Cujac. 10. obſ. 20.

Saccularii etiam furum genus ſunt, qui ex ſacculis alienis ſuppilant pecunias, *l. 1. De effract. l. 7. De extraord. cogn.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT XLIX.

DElicta quæ committi poſſunt circa cauſſas (hoc eſt res, & perſonas) publicas ac privatas ſimul, ac eadem ſemper nomine, ſunt.

I. *Prava ſuaſio*, eſt fraudulentum conſilium, *l.* 1. §. 3. *De ſerv. corr. l.* 20. *C. de furt. Conſilii non fraudulenti nulla obligatio*, l. 47. De R. I. Ad hanc refertur ſervi corruptio.

II. *Injuria*, delictum in contumeliam alterius commiſſum.

Sive *Re.* 1. Quoties manus inferuntur; cum quis pugno pulſatus, fuſtibus cæſus, vel etiam verberatus fuit, §. 1. *Inſt. de injur.* 2. Cum rebus alicujus aliquid fit quo homini contumelia inuſta dici poſſit; puta ſi quis domum alienam vi introierit, §. 8. *Inſt. eod.* vel ſervum alienum verberaverit: §. 3. *Inſt. eod.* 3. Cum infertur uxori, §. 2. *Inſt. l.* 2. *C. l.* 18. §. *fin. ff. de injur.* Liberis poteſtati ſubjectis. (Quę ad maritum & patrem etiam pertinet, *d. l.* 18. §. *fin. d. l.* 2. *l.* 41. *ff. eod.*) Et uxori, quæ illata etiam ad maritum ſpectat, *d. l.* 18. §. *fin. & d.* §. 2.

Sive *Verbis*, quæ convicium dicitur, *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Fit vel *voce*, vel *ſcripto*. Quæ injuria dicitur libellus famoſus.

Injuria autem ratione circumſtantiarum levior eſt, vel gravior.

Præſumitur ſemper facta animo injuriandi, niſi contrarium probetur, vel circumſtantiæ aliud ſuadeant. E. g. cum magiſter diſcipulum, l. 5. §. *fin. ff. ad l. Aquil. aut cognati cognatos caſtigant*, tit. C. de emend. prop.

Injuria uni de cognatione factâ etiam alteri facta cenſetur, arg. l. 5. §. 1. De injur.

Ut injuria ſit, non intereſt verè an falsò injurioſa

juriosa verba alicui objiciantur. Gail. 2.obſ.99.

In his tamen quæ ad publicam utilitatem pertinent, & quæ ſciri omnium intereſt, injurianti parci ſolet, ſi crimen legitimè delatum probaverit, l. 18. ubi Dd. ff. eod.

III. *Rapina* (quæ rerum eſt; cum raptus propriè ſit perſonarum) cum quis invito alicui rem aliquam mobilem, vi adhibitâ, fraudandi animo, aufert, *pr. Inſt. l. 2. ff. de vi bon. rapt.* etiam vis bonorum raptorum dicta.

Effectu eadem eſt cum furto: Differt forma; quod furtum clam fit, ſaltem latendi animo, & aliquid verecundiæ conjunctum habet; rapina vi aperta; undè & improbius furtum eſt.

IV. *Damnum injuria datum*. *Damnum* dicitur omne id quo patrimonium alicujus imminuitur: *l. 3. De dam. inf.* Quod aliquando jure datur, *ut in l. 4. D. ad l. Aquil.* aut divinitus immittitur, *l. 52. ff. pro ſoc.* & delictum non eſt: niſi contra jus detur. Vel præter, quod à quadrupede datur, & *Pauperies* dicitur.

Damnum injuria datum, eſt quod quis alterius culpa ſentit. de quo lex Aquilia lata eſt.

Ex qua datur rebus; Ex primo ejus capite animatis, non promiſcue omnibus, ſed ſervis duntaxat & pecudibus & eo quidem caſu, ſi ſervus aut pecus occidatur, *pr. Inſt. l. 1. & ſeqq. D. ad leg. Aquil.* Ex tertio capite iiſdem rebus non occiſis, ſed vulneratis, & rebus omnibus inanimatis, ſi urantur, frangantur, rumpantur, §. 13 *Inſt. l. 27 §. 5. ff. eod.* Secundum caput Juſtiniani tempore non erat in uſu.

Ex *interpretatione*, Juriſconſultorum ſi non directò, ſaltem utiliter, dicitur damnum eſſe

quod-

quodcunque quis alterius facto in re ſuâ patitur, §. 10. *Inſt. l.* 23. *D. eod.* ſive eo ſciente & volente, ſive injuria, ſive culpa tantum, negligentia forte, §. 3. *Inſt. l.* 7. *in fin. & ſeqq. D. eod. Nam ut damnum injuria detur, vel culpa leviſsima ſufficit.*

Specialiter autem vindicatur in jure Damnum *in incendio*, h.e. igni culpâ alterius ſuppoſito & excitato, datum, *l.* 1. *&* 2. *C de leg. aquil.* 2. *In effractione*, datum ab his qui perfringunt fores carcerûm ad effugiendum, *l.* 1. *pr. De effract.* vel domorum ad furandum, *l.* 53. *De furt.*

v. *Vis*, delictum quo violentia aliqua adhibetur rebus, vel perſonis: Quæ vel eſt, vel non eſt, commixta alteri crimini.

Utraque vel *publica*, h. e. ex jure antiquo, illata à perſona publica. Vel *privata* illata à privata. *Cujac. ad Paul.* 5. *ſent.* 26.

Sed alias *publica* eſt quæ armis; *privata* quæ ſine illis infertur, §. 6. *verſ. ſed ex conſtitutionibus. Inſt. de interd.* §. 8. *Inſt. de publ. jud. Hæc* hominibus ad id non coactis; *Illa* tam coactis, quam non coactis. *Uſus enim armorum eſt publicus.*

v i. *Crimen falſi*, hoc eſt immutatio veri per fraudem.

Quod in homine eſt: 1. *Partus ſuppoſiti*, vel alterius in locum veri, vel ficti ſubſtituti cum nullus ſit, *l.* 1. *l.* 10. *C. l.* 19. §. 1. *ff. de leg. Corn. de falſ.*

2. *Nominis mutatio*; Quæ niſi dolo malo fiat, crimen non eſt, *l.* 13. *ff. eod. l. un. C. de mutat. nom.*

3. *Falſi teſtimonii*, in falſorum teſtium ſubordinatione & productione, *l.* 1. *l.* 20. *l.* 27. *ff. ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

leg. Corn. de falſ. vel falſi teſtimonii dictione, vel falſorum dictorum uſu, *dd. loc.*

4. *Falſæ monetæ*, hoc eſt quacunque ratione vitiatæ, *l. 9. l. 19. ff. eod.*

5. *Scripti*. In quo committitur falſum. 1. Cum inſtrumentum quod eſt, vel omninò tollitur, vel celatur, ſubripitur, ſupprimitur. 2. Imitatione chirographi alterius, vel delendo, radendo, vel ſcribendo quod ſcribi non debuit, vel non ſcribendo quod ſcribi debuit.

Poteſt falſi crimen committi in quovis ſcripto. In jure duorum maxime generum fit mentio. 1. *Teſtamentorum*, de quo lata Lex Cornelia, SCtum Libonianum, & præterea aliud Licinio v. & Tauro Coſſ. ſub Tiberio. 2. *Teſtimoniorum*; de quo duo SCta. Unum Cotta & Meſſala Coſſ. & alterum Coſſ. Geminis. De utroque etiam Conſtitutiones Principum. *Vide Cujac. per C. de his qui ſib. adſcr. teſt.*

Quibus adde *Falſum* quod *in legibus* committitur in earum allegatione, interpretatione, ſuppreſſione, *l. fin. ff. eod.*

VII. *Veneficium:* crimen quo quis hominem, alio quam telo necandi voluntatem habet; quin & res interficiendi. Vel veneno, quod in ſpecie veneficium dicitur, vel maleficium, quod fit carminibus, diris devotionibus, &c.

Huc pertinent *Mathematici*: Qui in jure ſunt impoſtores ineptias magicas liberali mathematicorum nomine adumbrantes. Quibus ſimiles, Arioli, Aruſpices, Vaticinatores, ſomniorum falſi Interpretes. *Cujac. in par. C. de malef. & mathem.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT L.

D*Elicta innominata* non vocantur quæ om-
nino nullum nomen habent, ſed quæ non
ıbent appellationem alicui factorum pro-
iam; ſed talem quæ ad alia alius generis fa-
a accommodari poteſt, h.e. generalem.

Talia ſunt *Stellionatus*, & *Dolus*, ad quæ om-
a ea referuntur facta in delictum cadentia,
uæ ad ſuperiora referri non poſſunt, ſive
uod ſubſtantiâ, ſive quod qualitatibus ſuis
nt diverſa.

Vtrumque ergò dicitur omnis fraus & im-
oſtura, quæ de jure certum nomen non ha-
et. *Vt unum idemque delictum ſit, Stellionatus &*
Dolus.

Diſtinguuntur verò ex modo delicti perſe-
uendi; Cum ſcilicet ob delictum privatim
c civiliter agitur; de dolo eſt actio: cum
ublicè & criminaliter; Stellionatus, non do-
, *l.* 3. §. 1. *ff. Stellion.*

De delictis impropriis.

CAPUT LI.

I*Mproprium delictum* eſt commiſſum ſine do-
lo ejus, qui ex eo tenetur, aliqua tamen ejus
culpâ.

Vel *ab eo ipſo* qui tenetur, ex quo contra jus
quis læditur, ejus imprudentia admiſſum.

Quo pertinent omnia delicta ſupra expo-
ſita, ſi ſine dolo fiant; excepto damno injuria
dato.

Item ſi judex per imprudentiam male ju-
dicaverit, *tit. C. de pœn. jud. mal. jud.*

Vel *ab alio*, puta homine, Quod delictum
proprium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

proprium non eſſe poteſt reſpectu ejus qui admiſit, puta filiifamilias & ſervi; contemplatione patris & domini, qui ex eo tenentur, improprium, vulgo quaſi, delictum eſt.

Exempla ſunt. 1. Si quis dejecit aliquid ex alterius cœnaculo; dejiciens, ex proprio, ſi conveniatur; paterfamilias cujus cœnaculum, ex improprio tenetur, §. 1. *Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del. l. 5. §. is quoque. ff. de O. & A.*

2. Si quis ea parte qua vulgo iter fieri ſolet, aliquid habeat appenſum aut poſitum quod nocere alicui poſſet, ſi cadat, *d.* §. 1. *l. 6. De his qui effud.*

3. Si quod furtum factum, aut damnum datum, dicitur in navi exercitoris, vel in cauponæ hoſpitio, aut ſtabulo, §. *fin. Inſt. eod. d. l. 5. §. fin. Tenetur enim dominus navis vel cauponæ ex delicto eorum quorum miniſterio utitur.*

Vel *à bruto*, Quod delictum non eſt ſi brutum reſpicias; ſi dominum, is quaſi deliquiſſe videtur; *quia per rem ipſius, damnum datum eſt, quod in jure pauperies dicitur*, l. 1. §. 3. ſi quadr. paup. fec. dic.

Ex *lege* XII *Tabb.* dabatur tantum à quadrupede, & quidem tantum à pecudibus; nec aliter quam ſi contra naturalem conſuetudinem omnium ejus generis animalium moverentur, *l. 1. pr. §. 4. 7. ff. §. 1. Inſt. eod. Ex interpretatione* etiam ab aliis beſtiis & animalibus domeſticis damnum datum ad pauperiem redigitur, & dominus animalis de ea tenetur, niſi beſtia aut animal in naturalem libertatem ſe recepit, *d. l. 4.*

CAPUT LII.

O*Bligationis diſſolutio*, eſt ab ea liberatio. Quæ etiam juris eſt effectus.

Fit *ſatisfactione*, hoc eſt præſtatione ejus quod ex obligatione debetur, *l.* 1. *ff. qui ſatiſd. cog. l.* 5. §. 3. *ff. de verb. oblig.*

Quæ vel fit *Verè*, quæ eſt ſolutio: Vel *quaſi*; cum aliquid intervenit quod vice præſtationis eſſe poteſt.

Utraque ſpectatur tam in obligatione delicti, quam contractus.

Sunt tamen etiam modi diſſolvendæ hujus vel illius obligationis proprii.

Communes ſunt duplices; alii qui *ipſo jure* tollunt obligationem, alii qui *ope exceptionis*.

Quod quoad effectum liberationis idem eſt; non eſt reſpectu modi quo ad liberationem devenitur. *vid. Forn. ad l. liberationis. D. de V. O.*

Ex prioribus enim non datur actio, multò minus exactio. Ex poſterioribus conceditur quidem actio, ſed non ſi exceptio opponatur: ſin minus condemnatur reus, ac ſi obligatio nullâ ratione fuiſſet ſublata. Sic ex illis ipſa lege, ex his Pretoris auctoritate, obligatio tollitur.

Modi quibus *ipſo jure* perimitur obligatio ſunt: *Solutio*, *Acceptilatio*, *Novatio*, *Confuſio*, *Compenſatio*, *Tranſactio*, *Capitis diminutio*.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De ſolutionibus, & primum de his quæ tollunt obligationem Contractus.

CAPUT LIII.

Solutio, eſt ſatisfactio, naturali (hoc eſt reali) præſtatione debiti legitimè, facta.

Debiti ſcilicet vel ex ipſa obligatione, vel ejus occaſione. Et obligatione quidem vel conventionis, vel delicti.

Ex juris præſcripto ut ſolutione contingat liberatio, ad tria reſpiciendum. 1. Ad *perſonas*. 2. Ad *rem*. 3. Ad *modum ſolvendi*.

In *Perſonis* ſpectandus. I. *Is qui ſolvit*, de quo regula eſt. 1. *Quod quivis habens rerum ſuarum adminiſtrationem, ſolvere poſſit debitum ſive ab ipſo, ſive ab alio: Etſi ſolvens ſit in reatu: l.42.De ſolut.* Modò majeſtatis, *l.20. De accuſ.* perduellionis, *d l.20.l.fin.C.ad L.Iul.Majeſt.* vel repetundarum non poſtuletur, *d.l.20.*

II. *Qui rerum ſuarum adminiſtrationem non habent, citra eorum quorum conſilio reguntur autoritatem ſolventes, non faciunt nummos accipientis:* Utilitatis tamen cauſſa receptum, ut, pecuniâ quam ſolverint conſumptâ, (quia ejus vindicandæ amplius poteſtas non eſt) pupillis liberatio naſcatur, *l.14.§.fin.l.15.ff.de ſolut.l.19.§.1.ff.de reb.cred.*

Pro aliis quis ſolvere poteſt, etiam ſine mandato, etiam ignorante, imò invito, l.23.l.53.ff.de ſolut.ut ipſo jure tollatur obligatio.

Pro ignorante ſolventi utiliter, & è re debitoris, datur actio negotiorum geſtorum: l. 43. l. fin.ff.de negot.geſt. Pro invito ſolventi repetitio in totum denegatur, l.53.ff.mand.l.fin.C.de negot.geſt.

Spontè vel coacti pro aliis, puta ſcientibus, ſolventes,

ventes, jure ſibi deſiderant à creditore mandati actionem; l. 19. ff. qui potior in pign. l. 41. §. 1. De fidejuſſ. l. 18. §. 5. ff. fam. erciſc. Idque per doli exceptionem, antequam ſolverint, *l. 20. §. 1. De tut. & rat. diſtr.* vel in ipsâ ſolutione faciendâ conſequenter, *l. 95. §. 10. De ſolut. l. 13. l. 36. ff. de fidejuſſ.* Non poſt, niſi mandator ſit, qui ex ſua obligatione, & ſuo nomine ſolvit.

III. *Qui in poteſtate ſunt, rectè ſolvunt, ſi peculium ejuſque adminiſtrationem habent, l. 84. ff. de ſolut.*

IV. Etiam actor ſervus, mutuis dandis exigendiſque pecuniis præpoſitus, dominicis creditoribus rectè ſolvit, ſi adverſus dominum ex eâ cauſſa petitio erat, *l. 94. §. 3. ff. eod.*

V. Item Procuratores ſpecialem ſolvendi mandatum habentes, *l. 12. l. 54. §. 3. ff. eod.* & Tutor pupilli debitum, *l. 23. C. de adm. tut.*

VI. Tutelam, negotiave debitorum, creditorumve ſuorum gerentes, ſibi ipſis, *l. 9. §. 5. 7. ff. de ſolut.*

VII. Hereditatem reſtituere rogatis, ante eam reſtitutam creditoribus hereditariis, *l. 104. D. eod.*

II. *Cui ſolvitur.* I. *Creditor* qualiſcunque, ſi ſanæ mentis ſit & juſtæ ætatis, etiam criminis reus, *l. 41. D. eod. l. 46. §. 6. De jur. fiſc.* Non tamen, (ex Conſtit. Antonini Pii) perduellionis, *l. fin. C. ad l. Iul. majeſt.* nec criminis conſcientiâ profugus, *l. fin. C. de requ. reis.*

Pupillo, furioſo, prodigo, minori, non niſi autoritate tutoris, vel decreto judicis interveniente (*niſi ſolutionis gratia ſtipulationi ſint adjecti. l. 11. ff. eod.*) ſolvitur, ut liberatio contingat, *l. 7. §. 2. De minor. l. 15. De ſolut.*

Benè

Benè tutoribus & curatoribus tempore adminiſtrandæ tutelæ vel curæ, *l.* 46. §. 2. *De admin. tut.* (non poſt) qualibuſcunque, *l.* 14. §. 1. *l.* 45. §. 1. *De ſolut* uni pluribuſve; *d. l.* 14. §. 5. nihil intereſt. (*Niſi aliter teſtamento* l. 47. De adm. tut. *à tutoribus ipſis, aut magiſtratu cautum ſit.*)

Propter beneficium reſtitutionis in integrum, etiam adverſus ſolutionem cum autoritate factam, ut pleniſſima liberatio contingat, conſtitutum, *l. ſancimus* 25. *C. de adm. tut.* ut ſolutio in judicio fiat, præcedente ſententia. Quæ ſine damno tutoribus vel curatoribus ſolvi permittat. Quod tamen remiſſum in penſionibus annuis, obventionibus, uſuriſque, *d. l. ſancimus. & l.* 27. *C. eod.*

Matri, filii impuberis negotia, ſecundum patris voluntatem, gerenti, inutiliter ſolvitur, l. 88. *De ſolut.* nempe ſi ex hereditaria cauſſa, non ex ejus contractu, profecta ſit obligatio.

Item pro tutore negotia gerenti: *niſi pecunia in rem pupilli verſa ſit, l.* 26. *l* 96. *D. eod.*

Filiisfamilias & ſervis qui mutuis dandis exigendiſque pecuniis præpoſiti ſunt, *l.* 18. *D. eod. l.* 7. §. 1. *ff. quib. mod pign.* vel liberam peculii adminiſtrationem habent, *l.* 20. *& ſeq. ff. de jurejur.* vel quod ab eis ex peculio creditum depoſitumque eſt, *l.* 19. *De ſolut. l* 3. *C. eod.* Vel etiam à domino credita pecunia, *l.* 5. *C. eod.* vel à ſervo ejus permiſſu fœnerata; *l.* 35. *D. eod.* Siquidem ea domini ſit voluntas.

Si duo in ſolidum rei credendi ſunt conſtituti, ſtipulatique utiliter ſunt, alterutri ſolvens tota liberatur obligatione, l. 3. *De duob. reis. Si alter inutiliter, ei malè ſolvitur: l.* 128. *De V. S. Si unus petierit, alteri promiſſor poſtea malè ſolvit: l.* 2.

l. 7. De

*7. De duob. reis. Similiter etiam ſi alteri ſe ſolu-
rum debitor conſtituerit, l. 10. De conſtit. pec.*

II. Non creditori tantum, ſed & alii; *P. Pro-
ratori* creditoris cum ſpeciali mandato, vel
ui omnium negotiorum adminiſtratio com-
iſſa, *l. 12. l. 34. § 3. De ſolut.*

Tamdiu quamdiu domini voluntas durat,
ut dominus non deceſſit, aut ſtatum non
utavit. Alioqui non proficit ſolutio, niſi bo-
a fide ab ignorante facta ſit, quæ ex æquita-
e prodeſt, *d. l. 2. §. 2. l. 51. ff. eod.*

Etiam ei cui in rem ſuam mandatæ ſunt a-
tiones. *Non falſo procuratori; & ei qui ſine man-
ato alienis negotiis ſe offert; quamvis ei bona fide
olvatur*, d. l. 34. §. 4. l. 58. ff. eod.

*Domino etiam nihilominus nullâ delegatione fa-
ta rectè ſolvitur, niſi vel denunciaverit eis procu-
ator ne ſolverent, vel aliquid ex debito acceperit,
vel eo nomine litem conteſtatus ſit*, l. 3. C. de no-
vat. *Utroque ſimul petente, procurator præfertur,*
l. 55. D. de procur. l. 4. ff. de re jud.

2. *Solutionis cauſſa* in contractu *adjecto*,
(non ejus ſucceſſori, *l. 8. ff. de ſolut.*) *l. 9. l. 10. l.
ſeqq. ff. de ſolut.* etiam ignorante creditore, e-
tiam invito, (modò adjectus in eodem ſtatu
maneat, *l. 38. ff. eod.* & debitor ſe ſoli ſtipulato-
ri ſoluturum conſtituerit) etiam quamvis jam
pars creditori ſit ſoluta: *l. 71. ff. eod.*

III. Creditori creditoris, etiam ſine man-
dato: ſed ita ut liberatio fiat per exceptio-
nem, *l. 6. De doli mal. exc.*

IV. Heredi Creditoris (*ſi plures ſint cuique
pro parte hereditaria*) etiam fiduciaria heredi-
tate nondum reſtituta, *l. 104. D. eod.*

*Majore heredum parte interpellante, tutius ſol-
vitur interveniente Magiſtratus autoritate, l. 11.
ff. eod.*

V. Juſſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

V. Juſſu creditoris aliis quibuſcunque, *l. 49. D. eod.* etiam juſſu tutoris *d. l. 6.* non pupilli. *Doli tamen exceptione alii juſſu pupilli ſolvens liberatur, l. 66. ff.*

VI. Servo fugitivo rectè ſolvunt ii qui ab eo nummos domini acceperunt, non ejus juſſu alii, *l. 19. ff. eod.* Revocato creditoris rebus integris mandato, *l. 12. §. 7. l. 17. ff. hic.* vel contra ejus denuntiationem, *l. 106. ff. eod.* ab adminiſtratione remoto ſcientes ſi ſolvant, non liberantur; omnino ſed ex æquitate ignorantes, *l. 17. l. 51. ff. eod.*

Poſt mortem creditoris ſolvere juſſus rectè ſolvit. *Quia tale mandatum non finitur morte, l. fin. ff. eod. l. 12. §. fin. l. ſeq. ff. mand.*

II. *Res* ſolvi debet eadem quæ debetur; ſed rectè ſolvitur etiam invito creditore, non iſtius loco alia, niſi volenti, *pr. Inſt. quib. mod. toll. obl. l. 16. C. de ſolut.* ne quidem loco rei promiſſæ pretium. *Niſi forte aliud certarum cauſſarum favore ſit introductum, l. 71. §. 3. De leg. l. 11. C. com. utr. jud. Aut res debita ſolvi nequeat, l. 8. De cond. furt. l. 17. §. 3. De leg. 3.* non poſſeſſiones loco pecuniæ. *Niſi venditor hac carens, & ut paret illas vendere nequeat. Nov. §. fin. Auth. hoc niſi. C. hic.*

Qui rem in ſolutum dare promiſit, non eo minus quantitatem debiti offerre poteſt, *l. 45. De ſolut.* Qui creditorem rogavit, ut pignus certo precio emtum poſſideat, poſtea ſortem cum uſuris, ut poſſeſſione creditor cedat, fruſtra offert, *l. 34. ff. de pignor. act.*

Omnibus dandi obligationibus commune eſt, ut non liberetur qui tenetur, niſi rem accipientis faciat, ipſaque debiti æſtimationem æquet, l. 75. §. fin. ff. de V. O.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Sic quantitas,ſi integra,omnis: ſi pro parte ſolvatur , pro eâdem tantum, perimitur obligatio,*l.9.§.1.ff.de ſolut.*

Pars invito ſolvi non poteſt ; niſi id magiſtratus jubeat . *Quæ tamen judicis pedanei poteſtas non eſt,l.21.D.de reb.cred.*

Liberatur tamen quiſque heredum partis ſuæ præſtatione, *l.2.§.2.l.1.C.ſi cert.pec.* ipſo jure ex lege XII Tabb.diviſis nominibus,*l.6.C.fam.erciſc.l.11.ff.de diſtract.pign.*

Pecuniâ numeratâ , ſolvi alia poteſt ; quam creditor dedit ; Modò fiat ſine damno creditoris , & niſi certi generis quantitas nominatim ſit promiſſa ; niſi creditor aliam volens accipiat , aut genus illud amplius haberi nequeat.

Nummi debent eſſe probi , *l.24.§.1.De pign. act.l.33.§.1.De ſolut.* ſolventis proprii, non alieni . *Hi tamen bonâ fide conſumpti à creditore ex conſumtione liberationem inducunt , l.94.ff.eod.*Communibus ſolutis, pro parte debitor liberatur,*d.l.94.§.1.*

In cæteris rebus , pondere , numero, vel menſurâ conſtantibus,qualibet ex eodem genere ſolvi poteſt; modò ſit ejuſdem bonitatis cum eâ quam accepimus,l.3.ff.ſi cert.pet.

Qui certum argenti pondus debet, non liberatur ſolvendo pecuniam ejuſdem æſtimationis, l.1.§.1.ff.de aur.argent.leg.

Species debita omnino præſtanda ; & pro parte ſoluta,pro parte affert liberationem .

Generis debitor quamlibet ejus ſpeciem ſolvere poteſt; Sed ſolutione ſpeciei pro parte factæ obligatio non tollitur pro parte , ſed genus nihilominus adhuc peti poteſt,*l.9.§.1.De ſolut.l.85.§.4.De V.O.l.33.§.1.de ſolut.*

In alternativa obligatione electio debitoris eſt, utram rem ſolvat; *l. 95. ff. de ſolut. l. 34. §. 6. ff. de cont. emt.* nec prohibetur, unâ re electâ, voluntatem in eo quod præſtiturus eſt mutare, *l. 138. §. 1. de V. O.* Niſi alteram ſe ſoliturum ſtipulatori promiſſor conſtituerit, *l. 25. De conſtit. pecun.* Aut ex legato disjunctivo debeatur, *l. 84. §. 9. ff. de leg. 2.*

Ex rebus disjunctivè promiſſis deterioratam, vel debilitatem promiſſor offerens, non audietur, *d. l. 33. §. 1. De ſolut.*

Alterâ ante electionem peremptâ, ſuperſtes ſolvenda, *l. 34. §. pen. De cont. emt.* Aut etiam peremptæ rei pretium, etſi vilius ſit; ſi debitoris culpa non periit, *l. 49. §. 3. ff. de leg. 1. l. 95. §. 1. ff. hic.*

Re utraque citra culpam promiſſoris perempta, etiam perempta eſt omnis obligatio ex iſto interitu.

Si creditor ſibi electionem reſervavit, ac ita ſtipulatio concepta ſit; *illud vel illud, quod voluero,* ſemel tantum eligere; ſin *quod volam,* quoad judicium dictaverit, ſententiam mutare poteſt, *l. 112. ff. de V. O.*

Parte unius ex rebus ſub disjunctione debitis ſolutâ, ne pro eâ quidem parte liberatio contingit, *l. 26. §. pen. ff. de cond. ind.*

Si mihi Stichum, alii Pamphilum, *l. 98. §. 6. De ſolut.* aut mihi decem, alii hominem ſtipulatus ſum, *l. 34. §. 2. ff. eod.* & Pamphilus & homo Titio ſit datus, non quidem ipſo jure, ſed per exceptionem, *l. fin. §. 5. De V. O.* liberabitur promiſſor.

Si mihi decem aut Titio quinque ſtipulatus ſim, ita demum Titio quinque ſolutis, promiſſor liberabitur, ſi hoc expreſſim actum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

um fuerit, Secus quinque Titio ſolutis, reliua quinq; in obligatione manent, *d.l.98.§.5.*

Qui hominem, aut decem, mihi, aut Titio are ſpoponderit, ſi decem numeraverit; parem hominis ſi ſolverit, tanquam mihi indeitam, rectè condicit, *d.l.34.* In alternativis uâq; re promiſsâ, per errorẽ ſolutâ; utram vet debitor repetere poteſt, *l.pen. C.de cond.ind.*

Facto pro facto ſoluto non contingit liberatio, l.98.§.6.

Ad facti præſtationem quis non tenetur præcisè; d liberatur interuſurii præſtatione, d.l.98.§.6.

III. *Modo* etiam eodem quo debetur res olvenda eſt.

Ergò 1. eodem in quem promiſſum eſt loo, non alio creditore invito, *niſi & quod ratioe ejus loci interſit ſimul offeratur, l.1.l.9. De eo ui cert. loco. l.8. C. de ſolut. Aut alibi ei cujus erſona ſtipulationi comprehenſa eſt. ſolvere licere tipulatione ſit cautum, l. 2.§.7. De eo quod cert. oc. d.l.98.§.6.* In factis idem eſt. *Loco in obliatione non expreſſo, locus erit diſtinctionibus Bartoli in l. Item illa.§.fin. De conſt. pecun.*

2. Item eodem quo promiſſum die ſolvi debet. Non poſt. *l.70. ff.eodem.* Ante omninò, ſi quidem adjectus dies eſt debitoris gratia (*non tamen condicetur ita ſolutum tanquam indebitum prætextu erroris, l.10.ff.de cond.indeb.*) Minime ſi creditoris gratia adjectus, eo quidem invito. *Buſſon.lib.1. de ſolut.*

3. Conditionalis debitor ante eventum conditionis ſolvere poteſt. Quâ exiſtente jam liberatus intelligitur; deficiente repetit, ſi volente creditore ſolverit, *l.16.ff.hic.*

Si obligatio nec diem habet, nec conditionem, ſtatim ſolvi oportet. *Niſi promiſſio ta-*

citam dilationem ex re capiat, l. 73. De V.O. Tamen aliquod temporis laxamentum concedendum ex æquo & bono, *l. 105. De ſolut.*

Solutione facta à Reo ita ſolvitur obligatio, ut & ipſe, & omnes ejuſdem obligationis ſocii, ut fidejuſſores, &c. item pignora liberentur, *l. 43. ff. hic. l. 71. de fidejuſſ.* Facta à fidejuſſoribus & mandatoribus, ut & ab eo qui quod alius debet ſolvere promiſit, prodeſt Reo, *l. 85. fin. De novat.*

Mandatoris tamen ſolutio reum non liberat ipſo jure, *l. 21. ff. mand.* ut nec veterem heredem ſolutio ejus qui alienam hereditatem poſſidet, *l. 31. ff. de pet. her. Quia ſuo potius nomine quam ut verum debitorem, ſive heredem liberarent ſolviſſe videntur.*

Ex duobus fidejuſſoribus, & tutoribus, ſi alter ſolidum ſolvat quod ex fidejuſſione vel tutela debebatur, in ipſa ſolutione adverſus collegas petere debet actiones mandati, non poſt. Niſi de eo quoq; ante ſolutionem convenerit, *l. 76. ff. hic.* aut fidejuſſor, vel tutor ſit damnatus, quod à pupilli debitore eam non exegiſſet, *d. l. 95. §. ſi mandato.*

Ad liberationem proficit ejus quod in obligationem erat deductum, non quod pœnæ nomine, debebatur ſolutio, *l. 74. ff. eod. Quod lucro ſit creditoris.*

Chirographum licet non indictum, nihilominus contingit liberatio, *l. 22. C. eod.* Id tamen condici poteſt, *l. fin. C. ad exhib. l. fin. C. de cond. ſine cauſſ.*

Ex pluribus cauſſis debens, (ſi ex omnibus non ſolverit,) dicere poteſt, quo ſe debito exonerari velit, *l. 1. l. 101. §. ff. eod.* Quod ſi non dixerit convertitur electio ad creditorem; *l. 1. C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

od. ut conſtituat ſolutum, in id quod ipſe ſi eberet eſſet ſoluturus, *d. l.* 1. & in duriorem emper cauſſam accepto ferre debeat, *l.* 3. *D. od.* In quam etiam pecunia ſemper imputaitur neutro quicquam ſtatuente, *d. l.* 3. *&* 5. *).eod.*

Hoc eſt 1. *ut potius ſuo, quam alieno nomine lverit.* 2. *Potius quod ex pœnali, famoſâ, aut alia inficiatione creſcente actione debebatur, quam uod ex alia.* 3. *Quod ſub pœna, pignoribus, vel idejuſſoribus debebatur, quam aliter, prius ſoluum cenſeatur. In chirographariis, quæ diem non abent & adnexam pignoris obligationem, vetuior recentiori præfertur.*

Si nihil eorum intercedat, ante tollatur vetuior contractus, l. 5. l. 97. l. 102. §. 2. *D. eod. Si ar & dierum & contractuum cauſſa, ex omnibus auſſis proportione videtur ſolutum, l. 8. ff. eod.*

De ſolutionibus quæ tollunt obligationem delicti.

CAPUT LIV.

SOlutio obligationis ex delicto; non minus eſt debiti ſolutio, quam obligationis ex onventione.

Debitum illud, eſt rei circa quam delictum ſt commiſſum, vel ipſius, vel damni in eâ da-, vel etiam pœnæ. (*unde pœnales, & rei perſeutoriæ actiones opponuntur.* §. *ſequens diviſio. Inſt. e action.*)

Pœnæ in omni delicto, *Rei* non niſi in deicto circa rem commiſſo.

Rei debitum eſt, ut ablata reſtituatur; ſi læſa, amnum & intereſſe præſtetur, §. 18. *Inſt. od.*

Pœna, eſt omne id quod extra rei ipſius perſecutionem eſt, *d.* §. 18.

Eſt autem vel *Conventionalis* vel *Legitima*, quæ citra conventionem irrogatur eo ſolo, quod delictum eſt admiſſum. De qua potiſſimum hoc loco. Eſtque delictorum coërcitio, *l.* 41. *D. l.* 19. *C. de pœn.*

Cogitationis non eſt pœna, l. 18. *ff. eod. In atrocioribus etiam punitur affectus, effectu non ſecuto, l.* 5. *C. ad l. Iul. Majeſt. Dec. conſ.* 18. *num.* 327. *vol.* 2.

Hæc eſt vel *Civilis*; quæ pecuniaria eſt, ei qui agit, atque ita privatim, applicata. Vel *Criminalis*, inflicta publicè.

Eſt vel *pecuniaria*; pecuniâ ſolutâ fiſco. (*Cujus nomine generaliter bona ejus qui punitur, intelliguntur.*) Quæ extra ordinem indicta, ſi in numerata pecunia conſiſtat, mulcta; *l.* 131. *De V. S.* Si in bonorum univerſitate, bonorum ademptio; quæ, ſi omnium eſt, dicitur confiſcatio, *l.* 20. *C. de fidejuſſ.* Vel *corporalis*, inflicta corpori. *Auth. ſed hodie. C. de offic. diverſ. jud.*

Eaque vel *Capitalis*; quâ vel vita naturalis, *l.* 8. §. 1. *De pœn.* vel libertas cum civitate, *l.* 103. *De V.* S. vel ſola civitas amittitur, *l.* 2. *De pœn.* & quidem deportationis exilio, *l.* 2. *De publ. jud.* Vel *non capitalis*; alia quævis corpori inflicta, *d. l.* 2. interdum ſanguinis, interdum ſine ſanguine. Ut membri amputatio. *Nov.* 134. *c.* 13. relegatio, *l.* 14. *De interd. & releg.* verbera, *l.* 7. *De pœn.* infamia, *l.* 6. *ff. eod.*

Rurſus ſunt vel *ordinariæ*; delictis expreſsè legibus indictæ, Vel *extraordinariæ*, arbitrio judicis commiſſæ; Cujuſmodi tempore Juſtiniani & exinde adhuc ferè pœnæ ſunt, *l.* 16. §. *fin.*

§. *fin. ff. eod. contr. dicit. Forn. in d. l.* 131.

Pœnæ extraordinariæ facto incidenti accommodantur arbitrio judicis; nec regulâ certâ definiri queunt.

Simpliciter autem arbitrariæ (*h. e. quæ imponuntur delicto cui nulla ordinaria à legibus infligitur*,) non niſi ex urgentiſſima cauſſa ad mortem extendi debent; Nullam extendi poſſe, verius vulgo Doctores concludunt. *Clar. 5. ſent. §. fin. q. 83. vid. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. 86.*

Ordinariæ pœnæ ex legibus mitiores; ex Imperatorum conſtitutionibus factæ ſunt graviores.

Ob quædam delicta ſimul corporalis, & pecuniaria; ob alia altera tantum infligitur, *l. 8. & paßim. ff. & C. de pœn.*

Pecuniaria ſola ſemper cum quis intereſſe aut dolorem ſuum privatum, ex quocunque delicto perſequitur: Cum intereſſe publicum, modò hæc, *l. 6. C. de mod. mult.* vel illa tantum, modò utraque ſimul, *l. 3. C. ſi pend. appell. mors interv.*

Si mulcta eſt; ſupponit delictum levius, *d. l. 6. §. 5.* vel ſpecialem aliquam pœnam delicto non eſſe impoſitam, *d. l. 131. §. & multa.*

Ea damnum famæ damnato non irrogat, *l. 1. C. de mod. mult.* Alioqui omnes iſtæ pœnæ infamiam habent, *l. 63. De furt.*

Eſt autem *Infamia*, vel *juris*, cum quis jure eſt infamis; vel *facti*, cum exiſtimatio alicujus apud viros bonos & graves imminuta eſt. Diſtinctione magis ob effectum utriuſque introducta, quam ex cauſsâ. Pœnæ ordinariæ, ob mutationem earum, quæ ex legibus erant, ab Imp. factam, in ſingulis delictis enumerandæ ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

In *ſchiſmaticos* nulla ſtatuta jure Juſtinianeo. Canones eos volunt excommunicari & ordine moveri; *c. quoties* 1. *q.* 7. *c.* 1. *de ſchiſmat.* ſemper cum bonorum confiſcatione, *c.* 2. *de ſchiſmat. in* 6.

Hæretici ex Impp. Chriſtianorum conſtitutionibus, *paſſim ſub. tit. C. de hæret. & Manich.* puniuntur, relegatione, *l.* 2. §. *fin. C. de ſum. trinit.* aut deportatione, *l. Gazaros. C. de hæret.* ſemper cum bonorum jurium ac privilegiorum amiſſione, *d. l. Gazaros. & l.* 8. *C. eod.*

Ex Canonibus bona eorum poſt latam ſententiam confiſcantur, *c. vergentis. c. excommunicamus. de hæret.* imò etiam poſt ipſorum mortem, *c. accuſatus.* § *pen. eod. in* 6. nec eorum cadavera traduntur ſepulturæ Eccleſiaſticæ, *c. quicunque. eod. in* 6. Clericus ex Eccleſia ejicitur, omnique prærogativa exuitur, *c. ad Apoſtolicam. eod. c. ſuper eo. eod. in* 6. Laicus anathematizatur, *l.* 3. §. 2. *C. de ſum. trinit.* advocatus & poſtulans ab officio removetur, & perpetuo exilio multatur, *l. fin. C. de poſtul. l. nemo. C. de Epiſc. & Cler.* hæreticus anabaptizans multatur decem libris auri, *l. fin. C. ne ſanct. baptiſ. iter.* habens mancipium orthodoxum, libris triginta, *l. fin. C. ne Chriſt. manc. hær. vel jud.*

Apoſtatæ, ex iiſdem conſtitutionibus, puniuntur deportatione, & bonorum confiſcatione, *l.* 1. *&* 3. *C. de apoſtat.*

Iure Canonico diſtinctio pœnæ fit ex diſtinctione apoſtaſiæ. Ea alia eſt perfidiæ, alia inobedientiæ, alia irregularitatis. *Cuchus* 4. *Inſt. Canon.* 5.

Perjurio nulla lex pœnam irrogat, ſed Magiſtratui extra ordinem id puniendi poteſtatem conceſſit.

Noviſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Noviſſimis conſtitutionibus, quibuſdam caſibus ordinaria ejus eſt pœna. *vid. l. ſi quis major. C. de tranſact. 5. l. pen. C. de dignit. Nov.* 117.

Sacrilegi deportantur, *l.* 10. §. 1. *ff. ad leg. Iul. pecul.* aut in metallum damnantur, *l.* 6. *ff. eod.* Ex conſtitutionibus extra ordinem, *l.* 4. §. 2. *D. eod.* capite puniuntur, *l.* 9. *D. eod.* ad beſtias damnantur, exuruntur vivi, ſuſpenduntur furca, *d. l.* 6. *conſt. crimin. Carol. art.* 172.

Iure Canonico pœna itidem eſt arbitraria; Interdum anathema, *c. quiſquis.* 17. *q.* 4. *c. nulli, & c. prædia* 12. *q.* 2. interdum carcer infamis, *c. attendendum.* 17. *q.* 4. interdum deportatio & depoſitio, *c. ſi quis deinceps.* 17. *q.* 4. interdum mulcta, *c. in literis.* 17. *q.* 4. *c. in literis de rapt.*

Sepulchrum violans quoquo modo redditur infamis, *l.* 1. *De ſepul. viol.* alias punitur pecuniariter, *l.* 3. *l.* 9. *ff. eod.* vel criminaliter in xx pondo auri, *l. ſi quis. C. eod.* Vel civiliter magis extraordinariè, non tamen minoris quam in 100 aureos. ſcilicet ſepulchro ſimpliciter violato: at inhabitato & inædificato in 200. *d. l.* 30.

Qui *cadaver ſpoliat*, ſine armis, metalli; ſi armatus, capitis pœna eſt, *d. l.* 3. § 7.

Crimen læſæ Majeſtatis punitur gladio & bonorum confiſcatione in honeſtioribus; §. 3. *Inſt. de publ. jud. l.* 5. *l. pen. l. ult. C. ad l. Iul. majeſt.* igne aut beſtiis in humilioribus; *Paul.* 5. *ſent.* 29. damnatâ eorum memoriâ: *d.* §. 3. *d. l.* 5. alienationes ab iis poſt perpetratum ſcelus factæ, *l.* 9. §. 1. *C. de bon. proſcr.* etiam ante inſtitutam actionem, nullæ ſunt, *d. l.* 5. §. 4. Inferiorum à Principe majeſtas læſa vindicatur extra ordinem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Rebelles, & *ſeditioſi* deportantur, aut in furcam aguntur, ſi autores ſunt ſeditionis; *l.* 38. §. 2. *De pœn.* Multitudini parci ſolet. *Cujac.in par.C.de ſeditioſ.*

Ambitus pœna deportatio, *l. un. C.ad l. Iul. de amb.* nonnunquam pecuniaria aureorum 100 cum infamia; *l.un. D.eod.* gravior, ſi vis publica acceſſerit.

Conjurationis & collegiorum illicitorum pœna in jure certa non eſt, *l.* 2. *De colleg.*

Receptatio etiam extra ordinem coërcetur, *l.* 2. *ff.de recept.* plerunque eadem pœna, quam meriti ſunt receptati, *l.* 1. *ff.eod.*

Peculatus pœna primum fuit litis æſtimatio, in quadruplum, *Paul.* 5. *ſent.* 27. tum deportatio, *l.* 3. *D. ad l. Iul. pecul.* denique ultimum ſupplicium, *l.un.C.eod.*

De reſiduis lege Julia damnatus, punitur tertia amplius parte quam debet, *l.* 4. §. 5 *ff. eod.*

Annonæ flagellatores extra ordinem, *l.*6. *ff. de extraord.crimin.*

Plagiarii olim pecuniâ, poſtea capite, plerunque exilio: *l.fin. D. & C. de leg. Fab.de plagiar.* Hominis liberi ſuppreſſio morte, *d.l.fin.C.* ſervi alieni mitius punitur, *d.l. fin.* §. *eſt & inter. Inſt.de publ.jud.*

Vulneratio extra ordinem, *l.*1. §. *Divus.ff.ad l.Corn.de ſic.*

Parricida, qui parentem liberoſve, vel qui eorum ſit loco, occiderit virgis ſanguineis cæſus, inſutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, vipera & ſimia, in aquam projiciebatur, aut beſtiis ſubjiciebatur, ſi mare proximum non erat, *l.pen. C.ad l. Pomp.de parric.l.un. C. de his qui lib.vel par. occid.* Lex Pompeja parricidam

dam eâdem qua homicidam pœna puniri voluit, *l.* 1. *&* 2. *l. pen. ff. de leg. Pomp. de parr.* Qui cognatum, conjugem, patronum, affinem, occiderit, tenetur Lege Cornelia de ſicariis, *dd. ll.*

Homicidium voluntarium, ſimplex, ex lege Cornelia aquæ & ignis interdictione, poſtea deportatione, *l.* 3. §. 5. *D. ad l. Corn. de ſicar.* & eâdem nunc qui altioris dignitatis, alii gladio, *d. l.* 3. §. 5. *Caſuale*, extra ordinem, punitur, *l.* 7. *D. eod.*

In reatu conſcientia criminis mortem ſibi conſciſcentium bona publicantur. *Niſi eorum innocentiam hæredes probaverint, l. fin. §. fin. De bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſc.*

Prævaricatio extra ordinem punitur, *l.* 1. 2. 6. *D. de prævar.*

Tergiverſatio quinque libris auri: *l.* 1. *De jur. fiſci. l.* 3. §. *fin. De prævar. l.* 1. *C. ad SC. Turp.*

Calumnia, *Paul.* 1. *ſent.* 5. & ut plurimum *Concuſſio* extra ordinem, alias hæc pecuniariter, *l.* 1. *&* 2. *De concuſſ. Nov.* 24. *c.* 2.

Raptus gladio, *l. un. C. de rapt. virg. Nov.* 123. *c.* 43. & bonorum ademtione, *d. l. un.* quę raptis cedunt ſi ingenuæ fuerint: vel ſi devotę virgines; monaſterio. Si ancillæ, vel libertinæ raptæ, bona non auferuntur, *d. l. un.* Auxiliatores gladio, non ademptis bonis, *d. l. un.* §. *pœnas autem.*

Iure Canonico utrique anathemate feriuntur, *c. raptores. c. ſi quis virginem.* 36. *q.* 1.

Stuprum illatum virgini, nondum viripotenti, metallo & deportatione: *l.* 38. §. 3. *De pœn.* maturæ, ſi non ſit violentum, relegatione, & dimidiæ partis bonorum publicatione, ſi ſtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ſi ſtuprator ſit honeſtior; in humilioribus relegatione cum corporis aliqua coërcitione: §.4. *Inſt. de publ. jud.* Violentum perfectum capite, *Conſt. Carol. art.* 119. imperfectum deportatione punitur.

Iure Canonico mulierem, ſeu viduam honeſtè viventem ſtuprans pœnitentiæ ſubjicitur, & pecuniariter punitur; *Panorm. in c. ut clericorum. de vita & honeſt. cleric. & in c. licet. de pœnit.* virginem, dotare debet, & in uxorem habere, *c.* 1. *de adult.* alias caſtigatus & excommunicatus in monaſterium detruditur, *c.* 2. *cum ibi not. de adult.*

Adulterii pœna hodie eſt gladius, *d.* §. 4. *d. Nov.* 134. *c.* 10. olim ex lege Julia relegatio tantum. *Cujac.* 20. *obſ.* 18. *&* 21. *obſ.* 17. Illa confirmata conſtitutione Carol. *art.* 120. Aliàs videbatur mutata in fœmina, ita ut *ex Nov.* 143. *c.* 10. videatur virgis cædenda, & in monaſterium detrudenda, & ſi maritus intra biennium illam ad ſe non revocaret, habitu monachali induenda.

Iure Pontificio pœna in Laico eſt excommunicatio, *c. ſi quis Epiſcopus.* 27. *q.* 1. *& not. in c. lator.* 2. *q.* 7. In Clerico depoſitio, *d. c. ſi quis Epiſcopus.* in utroque certæ pœnitentiæ impoſitio, in laico annorum ſeptem, in clerico decem, *c. presbyter. diſt.* 83. *c. devotam.* 27. *q.* 1.

Sodomitæ gladio, *d.* §. 4. *l.* 31. *C. ad l. Iul. de adult.* ex conſuetudine igne, *Iul. Clar.* 5. *ſent.* § *ſodomia. n.* 4. item infamia, *d. l.* 31. puniuntur.

Iure Pontificio excommunicantur, *c. Clerici. de exceſſ. prælat.* ac privantur omnibus bonis, & beneficiis. *Panorm. in d. c. clerici.* & bonorum ſuorum dominio quamprimum ipſo jure, *gl. in c. cum ſecundum de hæret. in* 6.

Leno-

Lenocinium cum liberis, & uxoribus gladio punitur. *Nov.*14. §.1. *l.* 8. *l.* 11. *D. ad l. Iul. de adult.*

In *polygamia* mitior ſolet eſſe pœna ſi ſuperinducatur ſoluta, quam conjugata, *l.* 18. *C. ad l. Iul. de adult. l.* 2. *C. de inceſt. nupt.*

Si quis eam cujus tutor fuerit citra matrimonium corruperit ex conſtitutionibus deportatur, bona ejus publicantur; *l. un. C. ſi quis eam cujus tut. fuer. corr.* ſin ſub ejus ſpecie, ſtupri pœna ſufficit, *l.* 7. *ff. ad l. Iul. de adult.*

Mulieri quæ ſe ſervo proprio junxit caput amputatur, ſervo cremato, *l. un. C. de mulier. quæ ſe prop. ſerv. junx.*

Inceſtus pœna deportatio eſt, cum bonorum publicatione; humilior etiam verberibus afficitur, hodie eadem eſt pœna quæ adulterii, *l.* 6. *& Auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Nov.* 12. *c.* 1.

Expilatorum hereditatis, extraordinaria, *l.* 1. *ff. l. fin. C. de expil. hered.*

De repetundis convictorum, in quadruplum, *l.* 1. *C. ad l. Iul. repetun.* & amplius extra ordinem, exilium, relegatio, vel ordinis amotio, vel & durior, ſi ob hominem necandum magiſtratus pecuniam acceperit; vel licet non acceperit, *l.* 7. §. *fin. D. eod.* inordinato tamen ductus affectu morte multarit.

Furti manifeſti quadruplum, *nec manifeſti* duplum. Utrumque ei ſolvitur cui res ablata eſt, §. *pœna.* §. *fin. Inſt. de obl. quæ ex del. naſc.* Aliàs extra ordinem coërcetur criminaliter, *l. fin. De furt.* Capite puniri prohibetur. *Nov.* 134. §. *pro furto.* quod tamen hodie fit.

Jure Canonico; ſi fit ob neceſſitatem, trium hebdomadarum injungitur pœnitentia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

tia: *c. ſi quis. de furt.* Si extra eum caſum occultè fit; fur autem id confiteatur, tenetur ad reſtitutionem & agendam pœnitentiam: *c. ex literis. eod.* Si autem manifeſtò fiat, & fur vel confeſſus ſit, vel convictus, deponitur, & in monaſterium conjicitur, *c. at ſi clerici.* §. 1. *de jud.*

Furem nocturnum quemvis, diurnum eum tantum qui ſe telo defenderit, licet, domino cum clamore id teſtificanti, occidere, *l.* 4 §. 1. *ff. ad leg. Aquil.*

Domeſticum furtum minus, & extra ordinem, punitur, *l.* 17. *l.* 89. *De furt. l.* 11. §. 1. *De pœn.* ut & *Balnearium. l.* 1. *De fur. balnear.*

Tignum ablatum, vid. Cujac. 23. *obſ.* 19. *& arbores furtim caſæ*, pœna dupli: *l.* 7. §. 7. *ff. arb. furt. cæſ.* Ex lege XII Tabb. erat XXV aſſium.

Abigeatus, furti pœna, vel ad tempus in opus publicum, quandoque pœna capitalis, *l.* 1. *pr. &* §. 3. *De abig. Receptatores* abigeorum relegantur ad decennium, *l. fin.* §. *fin. ff. eod.*

Terminos moventes, vel evellentes, extra ordinem, pro perſonarum conditione, puniuntur, *l.* 1. *& ſeqq. ff. de term. moto.* Servi domino in deterius mutantur, & in metallum damnantur: Liberi humiliores in opus publicum; honeſtiores in inſulam relegantur, ademtâ tertiâ parte bonorum, vel aliter pro judicantis arbitrio. Lege Juliâ etiam pecuniariter in terminos ſingulos 50 aureis, *l. fin ff. eod.*

Pravæ ſuaſionis pœna eſt arbitraria: vel eadem quam quis patitur ob delictum ſi citra eam non eſſet, *l.* 11. §. 3. *De injur. l.* 52. §. 23. *De furt.* vel diſſimilis, ſi illud tamen eſſet commiſſurus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Servi corrupti duplum, aut æſtimatio ejus quod domino intereſt, *l. 1. ff. de ſerv. corrupto.*

Injuria ordinariè, atque extra ordinem vindicatur, §. *in ſumma. Inſt. de injur.* plerunque pecuniariter, æſtimante judice, *d.* §. *in ſumma.* & §. *pen. Inſt. eod.* Interdum capitaliter; ut de famoſis libellis & picturis affirmatur, *l. un. C. de fam. libell.*

Rapinæ pœna triplum ejus quod raptum eſt, ſi intra annum agatur: poſt annum, ſimplum, *pr. Inſt. l. 2.* §. *13. ff. l. ſi res mobiles. l. pen. C. vi bon. rapt.* Chriſtianus tamen bona Judæi rapiens, tenetur quocunque tempore in duplum, *l. 6. C. de pagan.*

Damnum injuria datum æſtimat judex. Ex primo tamen capite legis Aquiliæ quanti proximo anno. (Ubi non tantum rei principalis, ſed & intereſſe æſtimationem conſequitur, *pr. Inſt. l. 21.* §. *1. ff. ad leg. Aquil.*) Ex tertio quanti xxx proximè antecedentibus diebus plurimi fuerit, §. *13. & ſeqq. Inſt. l. 37.* §. *1. ff. eod.*

Incendiarii præter damni reparationem, olim gladio aut ad ludum damnabantur, *l. 10. D. ad l. Corn. de ſic. l. fin.* §. *1. de incend.* hodie igne puniuntur, *l. 9. D. eod. l. 28.* §. *12. De pœn.*

Effractores extra ordinem, *l. 1. & 2. ff. de effractor.*

Vis publica olim interdictione aquæ & igni, *l. 10.* §. *fin. ff. ad l. Iul. de vi publ.* poſtea deportatione cum bonorum ademtione, §. *8. Inſt. de publ. jud.* ſi atrocior ſit etiam furcâ.

Vis privata publicatione tertiæ partis bonorum, *d.* §. *8. l. 1. ff ad l. Iul. de vi priv.*

Crimen falſi deportatione & bonorum publica-

blicatione in liberis; in ſervis morte, *l.* 1. §. *fin. ff. de leg. Corn. de falſ.* partus ſimpliciter ſuppoſiti, *l.* 1. *C. eod.* & in eo qui falſo Principis reſcripto utitur eadem pœna eſt. (Item falſi teſtimonii. *Nov.* 90. *c.* 3. & falſæ monetæ, *l.* 8. *ff. eod.* cujus pœna eſt ignis, *l.* 2. *C. de falſ. mon. Nov.* 17.) plerumque tamen extra ordinem, *l.* 13. §. 1. *ff. eod. Clar.* 5. *ſent.* § *falſum*.

Venefici, ſervi ultimo ſupplicio, liberi deportatione, & mitius ſi damnum ſit exiguum, *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 1. *ff. ad l. Corn. de ſic.*

Stellionatus. l. 2. 3. §. *pœna. ff. ſtellion. & dolus* extra ordinem.

In delictis impropriis ut plurimum habetur ratio interuſurii.

Hodie bona damnatorum ipſo jure non (ut olim, *Cujac. in par. C. de bon. damnat.*) confiſcantur, nec etiam ſolent confiſcari, ſed, ut olim, fiſcum, ita cognatos habent ſucceſſores. *Nov.* 143. *c. fin.*

Mors delinquentis illa omnia extinguit, l. fin. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. Niſi in atrociſſimis, *l.* 7. *ff. ad l. Iul. majeſt.* & cum defuncto ſit lis conteſtata, aut ex delicto ad heredem aliquid pervenerit, *l.* 20. *De accuſ.*

Ut extra atrociſſima crimina corpora damnatorum ad ſepulturam petentibus danda ſint, *l.* 1. & 3. *De cadav. punit.*

Deportati tamen & relegati corpus non licet alio transferre, & ibi ſepelire citra veniam Principis, *l.* 2. *ff. eod.*

Circumſtantiarum varietas pœnas, vel leviores reddit, vel graviores. *Quas expreſſit ICtus in l. aut facta. ff. de pœnis. Suntque loci temporis, perſonarum, vel delinquentium, vel eorum in quos delinquitur.*

Pœna in extraordinariis poteſt augeri & minui, *l.* 13. §. 7. *De his qui not. infam. l.* 10. §. *fin. De pœn.* In ordinariis legis autoritati reſervatur, *l.* 1. §. 4. *ff. ad SC. Turpill.* Quam tamen hodie putant etiam à judice augeri, & minui poſſe. *Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 30.

Pluribus ex delicto obligatis, unius ſolutio alios non liberat; *quia ſui quiſque delicti pœnam debet ſuſtinere.*

De acceptilatione.

CAPUT LV.

ACceptilatio, eſt ſtipulatio, qua creditor debitori debitum accepto tulit, debitore acceptum rogante, creditore verò acceptum ferente, *l.* 6. *&* 7. *De acceptil.*

Eſt vel *ſimplex*, quâ verborum obligatio ſimpliciter tollitur. §. 1. *Inſt. quib. mod. toll. obl.* Vel *Aquiliana* à Gallo Aquilio producta, quâ quævis alia obligatio, in verborum obligationem prius transfuſa, tollitur, §. 2. *Inſt. eod. l.* 18. §. 1. *ff. eod.*

In hac duplex eſt ſtipulatio: *Una* qua contractus prior in ſtipulationem deducitur. *Altera* quâ ita deductus acceptilatione ſequenti tollitur.

Acceptilatio non procedit niſi creditore volente, debitore quandoque invito: Sed tum per novationem obligatione prius in eum tranſlatâ qui accepto rogavit.

Acceptum ſcilicet ferre poſſunt, quibus ex negotio ſecum geſto, vel cum eo cui ſucceſſerunt, debetur; patresfamilias ſi ſint, & ſui juris.

Non pupilli, & his ſimiles, ſine tutoris au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ctoritate, *l.* 1. *C. eod.* Nec tutores & curatores ſoli quod debetur minoribus; ſed novare debent, ut accepto ferant, *l.* 13. §. 10. *ff. eod.*

Hoc eſt ſi acceptilationem fieri pupilli interſit, ut, vel debitores pupillares liberentur, vel ipſe ab iis pupillus liberetur, in ſe prius obligationem transferent, & ſic eam vel ipſi accepto ferent, vel eis accepto feretur, *d. l.* 13. §. 10.

Quia acceptilatio alieno nomine exerceri non poteſt. Ideoque nec per procuratorem, l. 3. *l.* 13. §. 10. *ff. eod.*

Nec acceptat ſolutioni adjectus, l. 10. *ff. de ſolut.*

Cum unius debiti ſunt plures creditores in ſolidum, unius acceptilatione etiam à reliquis liberantur, *l.* 31. §. 1. *De novat.*

Accepto rectè fertur debitori, ejus heredibus, *d. l.* 13. §. 11. vel uni ex his *l.* 10. *ff. de accept.* vel qui debitori jure poteſtatis acquirit, *l.* 6. §. 2. *ff. eod.* Non alii. Ne quidem patri debitum filii, vel tutori debitum pupilli, niſi intercedente novatione, *l.* 8. *l.* 113. *D. eod.*

Pupillo ſine autoritate tutoris utiliter accepto fertur, *l.* 2. *ff. eod.*

Acceptilatio facta uni ex iis qui ex eâdem obligatione, & quidem in ſolidum, obligantur (ut in duobus reis) & aliis prodeſt: *l.* 10. *D. eod. Niſi in eorum perſona juris impedimento acceptilatio liberationem parere nequeat. l.* 5. §. 1. *De donat. int. vir. & uxor.*

In iis qui ſinguli partem debent (ut in pluribus heredibus promiſſoris) pro ſuâ tantum parte liberatur qui accepto rogavit, *l.* 10. *ff. eod. l.* 2. §. 3. *ff. de V. O.*

Fidejuſſori ſi accepto feratur, etiam reus ante efficaciter obligatus liberatur, *l.* 16. *De accept.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

accept.l.25. ff. quæ in fraud.cred. d. l. 13. §.9.l. pen. De fidejuſſ.

Accepto ferri debet id ipſum quod debetur, ſive ex conventione, ſive ex delicto; modò pecuniarium privatum ſit, *d. l.* 13. §. 5. non mulcta, aut pœna corporalis. Nec integra tantum obligatio, ſed & pars ſtipulationis, ſive numerata pecunia, ſive corpus debeatur, *l. 9. De accept. Niſi forte quod in ſtipulationem eſt deductum diviſionem ſui natura non recipiat, d. l.* 13. §. 1.

Parte accepto lata pro ea conſumitur obligatio, l. 17. ff. eod.

In ſtipulatione disjunctivâ unâ re accepto latâ, tota obligatio perimitur, *d. l.*13. §. 4.

Secus eſt ſi accepto feratur Stichus ab eo qui hominem quem vellet poterat eligere; quod ea non impediat quo minus poſſit alium petere, *d. l.* 27. §. 6.

Etiam plures res ſimul accepto ferri poſſunt, & ex uno & pluribus certis, vel incertis contractibus, vel quibuſdam exceptis, cæteris & omnibus ex cauſſis una acceptilatio fieri poteſt, *l.* 18. *l.* 6. *D. de accept.*

Acceptilatio perficitur verbis; quavis linguâ, §. 1. *Inſt. quib. mo l. ſolv.* modò ſenſus congruat, & vel per ſe, vel per interpretem intelligat uterque, *d. l.* 8. § *fin. l.* 1. § *fin. De V.O.*

Non fit in diem, *l.* 5. *De accept.* nec ſub conditione expreſſâ: *l.* 4. *D. eod l.* 5. *De cond. cauſ. dat.* ſub tacita omnino, *l.* 12. *l.* 21. *De accept.*

Debet cum obligatione, & interrogatione acceptilatio conſentire, *d. l.* 6. Supervacua tamen eam non vitiant.

Inutilis tamen ſtipulatio, utile pactum in ſe habet, *d. l.* 27. §. 9. niſi ſciens eam non valere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

lere prudens ſic accepto tulerit *quod ne pactus quidem eſſe videatur, d.l.8.in pr.ff.eod.*

Interpoſita acceptilatio gratuitam remiſſionem non ſemper continet; *l.2. C.eod.* ſed & tranſigendi, dotis conſtituendæ, & voluntatis defuncti adimplendæ cauſſa, & ut aliud nobis detur, vel fiat, interponitur, *l.9. De praſcr. verb.*

De novatione.

CAPUT LVI.

SOlutione, & Acceptilatione ita tollitur obligatio, ut nulla maneat: Novatione, & Delegatione, ita ut eam excipiat alia, *l.1.D.de novat.*

Novatio eſt prioris debiti in aliam obligationem tranſlatio, *d.l.1.*

Eſt duplex. 1. *Simplex*, qua ſolum mutatur prioris obligationis cauſſa, vel ſtatus; nulla vel creditoris, vel debitoris mutatione. 2. *Mixta* qua præterea perſonæ contrahentes, vel alterutra, vel utraque mutantur; quæ *Delegatio* dicitur.

Ea mandatum eſt, quo creditor debitorem, id quod ſibi debet, jubet alteri promittere, *l. 11. ff. eod.* Vel ſtipulatur, ut quod unus ſibi debet, alter promittat & in ſe ſuſcipiat.

Novandi & delegandi jus habet tantum, 1. Ipſe creditor cui rerum ſuarum adminiſtratio permiſſa, *l.3.l.20.D.eod.* aut ipſius juſſu alius. Non pupillus prodigus, &c. ſine tutorum curatorumque autoritate, *niſi conditionem ſuam fecerint meliorem, d.l. 3. d.l.20.§.1.l.9.ff. eod.* 2. Tutor & curator obligationes pupillares, ſi hoc pupillo expediat, *d. l. 20. §. 1.*

3. To-

3. Totorum bonorum procurator, *d.l.20.§.1.*
4. Aliquando is cui recte ſolvitur, ſed non ſemper, *l.10.ff.eod.*

Si quis me abſente novandi animo à debitore meo ſit ſtipulatus, novabitur obligatio, ſi ratum habuero, l.22.ff.eod.

Novatione etiam abſens, ignorans, invitus debitor, liberatur, interpoſito aliquo à quo quod abſens debeat ſtipulemur, *l.8.§.5.ff.eod. l.13.§.10.De acceptil.*

A duobus ſi debetur, id quod hic vel ipſe debet à tertio quidem ſtipulari poſſumus, ſed in tertii eſt poteſtate pro quo ſolvat; facta tamen iſta ſtipulatione ſtatim nouatur, *l. 8. l. 28. De novat.*

Novari poſſunt *omnes omninò obligationes, l.1. §.1.ff.eod.* debita, & res, *l.2.D.eod.* etiam homo poſt moram mortuus: *l.91.§.fin.De V.O.* Item quæ promiſſa in diem, antequam dies veniat, *l.5.D.eod.* Etiam futura; Sed non ante fit novatio, quam obligatio conſtiterit. *Ut nec obligationes conditionales antequam extiterit conditio.*

Ab alio debitum, ſi quis à ſervo ſtipuletur, prior obligatio nihilominus manet, *§. 3. Inſt. quib. mod. toll. obl. Niſi fortè ex cauſſa peculii, l. 30. §.1. De pact.*

Ad novationem nihil refert, ſequens obligatio, utroque, an altero jure teneat, *d. l. 1. in fin. l. 48. De fidejuſſ.*

Novatio fit ſtipulatione, *l.29. De novat. l.1. C. eod.* & (ut receptum) litis conteſtatione, *l. 11. §. 1. ff. l. 3. C. eod.* Illa *voluntaria*, hæc *neceſſaria* dicitur. Sed iſta diſtinctio legibus incognita rejicitur à magni nominis JCtis. *Briſſon. lib. 2. de ſolut. cap. de nov.* Nova tamen

action

actione judicati, prior novatur, *l.* 3 §. *& ideo. C. de uſur. rei jud.*

In pœnalem ſtipulationem prior obligatio quaſi novata videtur, ſi quid fieri ſtipulati ſumus, pœnaque certa pecuniæ ſi id non fiat, promiſſa, & conditio exiſtat, *l.* 44. §. *fin. De O. & A.* Sin autem & res, & pœna in ſtipulationem venit, quaſi novatio ex præſumtâ contrahentium voluntate fieri exiſtimatur, ſi ea, ſub qua pœnæ ſtipulatio concepta eſt, conditio extiterit; aliter atque ſi ſtipulatione ſola pœna comprehenſa eſſet.

Novatio olim ita demum fiebat ſi hoc actum eſſet, *l.* 2. *l.* 8. §. 1. *&* 2. *l.* 28. *ff. de novat.* Alioqui adjiciebatur obligationi, *l.* 71. *ff. pro ſocio*. Hodie conſtituit Juſtinianus, ut non aliter fiat quam ſi novare ſeſe contrahentes diſertè exprimant, *l. fin. C. de novat.*

Delegare iidem poſſunt qui & novare.

Delegantur debitores volentes, non inviti; *l.* 1. *l.* 6. *C. eod.* Creditoribus, aut eorum juſſu aliis, *l.* 11. *D. eod.* Etiam expromiſſores, & qui aliis fidem ſuam adſtrinxerunt, *l.* 26. §. 2. *ff. mand.*

Modus delegationis eſt vulgaris, ſi delegatus debitor creditori poſteriori ſpondeat verbis.

Dicitur etiam delegatio fieri per litis conteſtationem; *d. l.* 11. quando cui abſque delegatione mandatæ ſunt adverſus debitorem actiones, iſque litem cum debitore conteſtatus eſt.

Sed hæc delegatio quæ invito fit debitore, impropria eſt; propria altera quæ fit eo volente per ſtipulationem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT LVII.

C*Onfundi* obligatio dicitur, quoties creditor debitori, & vice verſa, vel unus utrique heres exiſtit. Et in eandem perſonam concurrente utriuſque jure, obligatio manere nequit, *l.75.l.95.§.2.de ſolut.*

Idem eſt 1. cum utriuſque bona ad fiſcum perveniunt, *l.71.De fidejuſſ.l.2.C.de ſolut.* 2. Si quis hereditatem, quam reſtituere alii rogatus, etiam coactus adierit, *l. 59. ff.ad SC.Treb.* 3. Si hereditatem reſtituere rogatus, ante eam reſtitutam, hereditario debitori, ſive ex aſſe, ſive ex parte heres extiterit, tum confuſionis jure tollitur obligatio quatenus defuncto ſuccedit; *l.14.C. de rei vind.l.6.C.de hered.action.l.ſi ab eo.C. de neg.geſt.* nec ex Trebelliano poſtea reſtituta hereditate redintegratur, *l.58.ff. ad SC. Treb. Modò hereditatem retineat: ſin vendat ſuæ venditori manent integræ actiones, l. 2. ff. pen. De hered.vend. Eâ evicta per querelam inofficioſi, debiti petitio victo competit, l. 21. §.fin. De inoffic. teſt. l. ſi maritus. C. eod.*

Cui indigno hereditas aufertur, *l.8.l.17.& ſeq.§.bonis.ff. de his quæ ut indign.* actiones confuſæ non reſtituuntur, (*omnino pupillo cui adverſus aditionem conceſſa reſtitutio, l.87.§. 1.De acq.vel am.her.*) Niſi ignorantiâ facti defuncti vindictam omiſerit, *d.l. 17. l.21. §. 1.De SC. Syllan.*

Conſervantur autem obligationes Creditoribus qui facto inventario hereditatem debitorum adierint, l.fin.§.4.C.de jur.delib.

Ea tantum obligationem omnem tollit confuſio quæ eſt inter creditorem, & debitorem.

rem. Quæ inter creditores, & acceſſores eſt, tantum tollit acceſſoriam, *l. 93. §. fin. l. 43. ff. eod.* Quæ inter debitorem & fidejuſſorem, tantum tollit fidejuſſoriam, *l. 21. §. 2. ff. de fidejuſſor.*

Si alteri è duobus reis creditor heres exiſtat, confuſione, perſona obligatione tantum eximitur, *arg. l. fin. De duob. reis.* altero ſuperſtite, vel in ſolidum ſi nulla ei fuit cum Correo ſocietas: Si fuit, in partem manente obligato.

Nec mandatores nec fidejuſſores per hoc liberantur, *d. l. 71.* Nec confunditur obligatio ſi duo rei ſibi invicem ſuccedant, *l. 5. ff. de fidejuſſ.*

De compenſatione.

CAPUT LVIII.

Compenſatio eſt debiti, & crediti inter ſe ultro citroque facta contributio. *Cujac. in par. ff. de compenſ.*

Solvere videtur qui compenſat, *l. 4. ff. qui potior. in pign. l. 19. De liber. cauſ.* adeò, ut ſoluta, compenſationis non habita ratione, pecunia repeti poſſit, *l. 10. §. 1. D. de compenſ.* ut & pignus in cauſſam quæ compenſatione removeri poſſet, datum, *l. 12. C. eod.*

Utitur compenſatione. 1. Qui viciſſim petentem habet obligatum. *l. 30. de cond. jud.* 2. Abſentis defenſor, in eo quod invicem ſibi ab actore debetur: *l. 21. ff. de compenſ.* 3. Procurator in rem ſuam datus poſt litem conteſtatam, *l. 18. ff. eod.* 4. A tutore conventus pupilli nomine, id quod pupillus, non quod tutor ipſi debet, *l. 11. (l. pen. ff. eod.* 5. Quod Patri debetur filius ſi de rato caveat, *l. 9. §. 1. ff. eod.*

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Non alius quam cui debetur, nec alii quam qui convenitur, cogitur compenſare creditor *l.* 16. *l.* 18. §. 1. *ff. l. ejus. C. eod.*

Nec unus è duobus reis quod alteri ſtipulator debet, niſi ſocii ſint, *l.* 10. *de duob. reis.*

Compenſatio rectè fit ex omni obligatione; *l.* 6. *De compenſ.* niſi exceptione peremptoria perimi poſſit; *l.* 14. *D. eod.* naturali etiam, *d. l.* 6. tam privatorum, quam civitatum, *l.* 3. *C. eod.* etiam fiſci, *l.* 46. §. 4. *&* §. 5. *De jur. fiſc.* (Modò intra duos menſes debitum fiſci doceatur, *d. l.* 46. §. 4. atque eadem fiſci ſtatio debeat, quæ etiam petit, *d. l. fin.*) Etiam quæ ex maleficio eſt, *d. l.* 10. §. 2. Modò ex eo agatur pecuniariè ſive civiliter. Excludit petitionem fideicommiſſi, *l.* 4. *C. eod.* Stipulationibus prætoriis rectè opponitur, *d. l.* 10. §. *fin.*

Fit indiſtinctè tam in bonæfidei, quam in ſtrictis judiciis: hodie ipſo jure, olim in his tantum per doli exceptionem, §. *in bonæfidei. Inſt. de action.*

Ut fiat, debet utrimque debitum eſſe liquidum, *d. l. fin.* æquale, & quod inter ſe conſentiat; puta ſi utrimque pecunia, vel aliud in ſuo genere fungibile debeatur. *Non ſi alia corpora debeantur, propter inæqualem eorum æſtimationem: l.* 18. *De pign. act.* Nec eſt corporis ad quantitatem, *l.* 26. §. 4. *ff. de condict. indeb.*

Cum ei qui certo loco dare promiſit alibi agenti compenſatio ejus debiti objicitur, utilitas loci in æſtimationem venit, l. 15. *D. eod.*

Eximitur à compenſatione cauſſa depoſiti, *l. fin. C. eod. l. pen. C. depoſ.* item quæ ex cauſſa annonarum, *l.* 20. *ff. de comp.* tributorum, ſtipendiorum, vectigalium, vel ex precio à fiſco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

emtæ rei, *d. l.* 46. §. *ut debitoribus*, vel ex frumenti oleive publici cauſſa, *l.*3. *C.eod.* debentur.

De tranſactione, & capitis diminutione.

CAPUT LIX.

TRanſactio eſt rei dubiæ definitio, dato aliquo, & aliquo retento, *l.* 1. *De tranſact.* Eſtque ſemper de re controverſa.

Rei non dubiæ; imò dubiæ ſi, qui alterum ſibi habet obligatum, ab eâ recedat, nullo dato, non poteſt eſſe tranſactio. Ut ſit, neceſſe eſt ut tam is qui ſe creditorem dicit, quam qui ſe debitorem negat, de jure ſuo aliquid remittant.

Ex conſtitutione Diocletiani & Maximiani licita etiam eſt, in crimine capitali, excepto adulterio. In aliis publicis criminibus ſanguinis pœnam non ingerentibus, minimè, citra falſi accuſationem, *l. tranſigere. C. eod.*

Capitis tam maximâ quam mediâ diminutione debitor liberatur; ſed cum in locum ita damnatorum fiſcus ſuccedat, etiam in eum transferuntur obligationes.

De modis diſſolvendarum obligationum communibus, qui fiunt ope exceptionis.

CAPUT LX.

OPe exceptionis tollitur obligatio *tam conventionis, quam delicti*. Suntque quatuor. 1. *Pacti.* 2. *Rei judicatæ.* 3. *Præſcriptionis.* 4. *Liberationis teſtamento datæ.*

1. *Pacti*, ſcilicet quo ante convenit, ne eo nomine,

nomine, ſuper quo factum eſt, ageretur.

Non perimit pactum ipſo jure obligationem, ut ſtipulatio acceptilationis, quia in pacto factum eſt, in ſtipulatione jus, *l.* 27. §. 2. *De pact.* Niſi ſit legitimum; hoc eſt, lege confirmatum; quale eſt de furto & injuria, *l.* 6. *ff. eod.* Reliqua tuetur ſolus Prætor, *l.* 17. §. 1. 2. *ff. eod.*

Ut exceptio pacti objici poſſit, paciſci tantum poſſunt. 1. Qui ſui juris ſunt (*non qui alieni, licet peculii ſui adminiſtrationem habeant, l.* 28. §. *fin. D. eod.*) 2. Qui rerum ſuarum adminiſtrationem ex jure habent. Non ergo ſub tutela, vel cura conſtituti, *d. l.* 28. *pr.* 3. Qui aliorum res adminiſtrant, ut tutores, curatores, etiam Reipublicæ, *ſed non niſi utilitate earum ita ferente, d. l.* 28. *l.* 37. *l.* 22. *C. eod.* 4. Procurator ſpeciale mandatum, vel liberam omnium bonorum adminiſtrationem habens, vel in rem ſuam datus, *l.* 13. §. 1. *ff. eod.* Non ad litem tantum datus, *d. l.* 13. *pr.*

Unus è ſociis argentariis, vel etiam duobus reis ſtipulandi, ſi cum debitore pactus ſit, alteri non nocet, *l.* 27. *in pr. ff. eod.*

Exceptio hæc (*ſi pactum ſit in rem*) competit omnibus quorum intereſt obligationem ejus qui paciſcitur eſſe diſſolutam, *l.* 21. §. *fin. D. eod.*

Ut. 1. Si cum debitore factum, fidejuſſoribus, *d. l.* 21. §. *fin.* (*Niſi aliud actum, l.* 22. *ff. eod. vel in rem ſuam, d. l.* 24. *ff. eod. vel donandi animo, l.* 32. *ff. eod. fidejuſſerint. Nec fidejuſſoris conventio Reo, vel confidejuſſoribus prodeſt, l.* 23. *ff. eod.* 2. Cum altero ex duobus reis, vel argentariis ſociis, alteri prodeſt, *l.* 25. *D. eod.* 3. Etiam his qui in rem ſucceſſerunt; ac multo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

magis qui ſucceſſerunt in univerſum jus defuncti, *l.* 17. §. 5. *ff. eod.*

Pactum tamen *perſonale*, ad alium non pertinet, ne quidem ad heredem. Niſi aliud actum, *l.* 25. §. 1. *& l. ſeq. ff. eod.* Vel *in poteſtate noſtra ſint, qui paciſcuntur*. Ut filiusfam. & ſervus, *& quos bona fide poßidemus*, *l.* 19. *ff. eod.* paciſcentes, ne à domino & patre petatur. *Nobis enim acquirunt exceptionem*, *d. l.* 27. §. *fin. l.* 17. §. *fin. & l. ſeqq. l.* 59. *ff. eod.*

Sic proſunt pacta tutorum & curatorum iis quibus præſunt, *l.* 15. *l.* 28. *ff. eod.* eademq; eorum qui præſunt ſocietatibus, *l.* 14. *ff. eod.*

Ex diverſo non poſſumus paciſcendo iis prodeſſe, qui in poteſtate noſtra ſunt, *d. l.* 19. §. 4. *d. l.* 21. §. 2. *ff. eod.* *Niſi* his paciſcamur, ut heredibus, *d. l.* 21. §. 2. *verſ. Iulianus*. Tamen doli exceptio ex ęquo & bono accommodatur, *d. l.* 21. §. *eod.* Similiter inutile pactum eſt ſervo paciſcente ne à ſe petatur, domino tamen doli acquiſita exceptione, *l.* 21. §. 1. *ff. eod.*

Sin filius ita pactus ſit, poſt mortem quidem ejus nemini proderit, aliàs patri prodeſt, ſi de peculio, vel in rem verſo, vel quaſi defenſor filii conveniatur, *l.* 19. §. 1. *& ſeqq. ff. eod.*

Reus principalis rectè paciſcitur, ut à fidejuſſore petatur, *l.* 27. §. 1. *D. eod.*

Similiter in alia re facta conventio ad aliam non trahitur, *d. l.* 27. §. 4. *verſ. ante omnia*. Unde decem pactus cum viginti deberet, in decem tantum ſe tuebitur: ſimiliter qui viginti pactus eſt cum decem tantum deberet, tantum in id quod debet, *d. l.* 27. §. 5.

Etiam actionibus ex delicto competentibus obſtat pacti exceptio.

II. *Rei judicatæ*, quæ actionem agentis à qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

qua conventus, ſententia judicis, à qua appellatum non eſt, abſolutus eſt, repellit, ſive jure, ſive injuria abſolutus ſit.

Modò ex eàdem cauſſa, de eàdem re, ab eodem, aut ab eo cauſſam habente, agatur, l. 3. 4. & ſeqq. ff. de except. rei jud.

III. *Præſcriptionis*, qua repellitur qui tempora actioni illi præſcripta labi paſſus eſt.

Tempore ſcilicet, non ipſo jure, ſed Prætoris auxilio exceptione data, tollitur obligatio.

Utilis eſt etiam fidejuſſori, *l. 37. De fidejuſſ. l. fin. §. fin. ff. rat. rem hab.*

IV. *Teſtamento* liberari debitor poteſt ex quacunque cauſſa debeat, ſi liberatio ipſi legetur.

De modis diſſolvendarum obligationum ſpecialibus.

CAPUT LXI.

SPeciales modi ſunt quibus tantum tollitur alterutra obligatio, ſive *convẽtionis*, ſive *delicti*.

Conventionis diſſolvendæ ſpeciales modi, vel *ipſo jure* eam ſolvunt, vel *ope exceptionis*.

Ipſo jure. I. *Oblatio* & *obſignatio* pecuniæ debitæ, à creditore non acceptæ, *l. 28. in fin. De admin. tut. l. invicem. C. de compenſ.*

Sola oblatio ſufficit. 1. ut debitor liberetur à periculo, ſi poſtea contingat rem oblatam perire, *l. 105. De V. O. l. 72. De ſolut.* 2. Solvit antichreſin, *l. 11. C. de uſur.* 3. Liberat à collatione publicorum tributorum, & penſionum publicarum, *l. 1. C. de ſuſceptor. lib.* 1. 4. Sola uſurarum minorum oblatio liberat à majoribus, ſi ad diem minores non ſolvantur, fortè promiſſis, *l. 9. C. de uſur.*

Alias ut effectum oblatio, & obſignatio habeant, non verbis tantum fieri, ſed & res obſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

obſignata deponi debet, *d. l. 28. d. l. invicem.*
Et ſolenniter quidem. Ita ſcilicet. 1. Ut teſtatò pecunia debita, omnis & tota, *l.* 41. §. 1. *De uſur.* creditori, oportuno loco & tempore, offeratur à debitore, & creditore eam accipere recuſante, judicis juſſu apud aliquem obſignata deponatur, *l. 6. C. de uſur. l. 9. C. l. 39. D. de ſolution.* 2. Ut obſignatio duret, & in eadem cauſſa maneat.

Iis tantum pecuniis rectè offertur, quibus utiliter ſolvitur, *l. 8. C. de diſtr. pign. l. 1. C. qui potior. in pign.*

II. *Interitus* ſpeciei debitæ. (*quantitas puta nunquam perit, l. 11. C. ſi cert. pet.*) Si quidem abſque mora, culpa, aut facto debitoris pereat, *l. 92. l. 107. De ſolut. l. 33. De V. O.*

In obligatione disjunctâ, rerum promiſſarum alterâ pereunte, quæ ſupereſt manet in obligatione; *l. 24. §. 6. ff. de contr. emt.* Niſi eam quæ periit à debitore oblatam Creditor accipere recuſarit, *l. 105. De verb. obl.*

Fruſtratori, moroſo, & cujus culpa aut facto res debita periit, omnes in re debitâ caſus adſcribuntur, *l. 91. l. 82. §. 1. l. 23. D. eod.* Niſi caſus inciderit, qui omninò incidiſſet etiamſi res creditori præſtita fuiſſet, *l. 14. §. 1. ff. depoſ. l. 14. § 11. ff. quod met. cauſſ.*

Poſt moram re extinctâ, ſuccedit in ejus locum præſtatio æſtimationis, *l. 39. § 1. verſ. ipſius ff. de legat.* 1.

III. *Exemtio* rei debitæ ab hominum commercio (interitui ſimilis) liberat debitorem; ſi ea fiat citra moram, culpam, factumve debitoris, *l. 92. De ſolut. l. 46. De furt.*

Re promiſsâ ab hoſtibus captâ obligatio in ſuſpenſo eſt, *l. 98. §. 8. De ſolut.*

IV. *Ceſ-*

IV. *Ceſſio*, quæ juris ſui quod debitor habet eſt abdicatio. Quæ vel eſt actionis, vel omnium bonorum.

Ope exceptionis, unicus eſt modus. Nempe jusjurandum à debitore creditore deferente factum, quo jurat ſe non debere.

Eo facto, Prætor ex jurisdictione ſuâ exceptionem debitori concedit, qua creditorem agentem repellit, ut debitum fuerit, nec ne amplius non quæratur, *l. 95. §. 4. De ſolut. §. 4. Inſt. de except.*

Diſſolvendæ *obligationis delicti* ſpecialis modus eſt *mors naturalis rei*. Ut ex delicto ipſius adverſus heredem ejus agi non poſſit, niſi quid ex eo ad heredem pervenerit, aut lis cum defuncto conteſtata ſit. Excipe crimen læſæ majeſtatis.

DE REBUS.

De rerum diviſione.

CAPUT LXII.

RErum appellatione continentur cætera omnia de quibus dictum, quod non ſint perſonæ, *per. l. 5. l. 23. De V. S.*

Res conſiderantur à JCtis, vel *per ſe*, vel earum *acceſſiones*.

Per ſe ſummâ ſui diviſione, vel ſunt *corporales*, quæ tangi, vel *incorporales*, quæ non tangi poſſunt, *pr. & §. 1. & 2. Inſt. de reb. corp. & incorp.*

Illæ ſunt vel *mobiles*, vel *immobiles*, *l. 15. §. 2. De re jud. ubi Laſ.*

Hæ ſunt vel *res ſoli*; ut prædia, fundus, area, (quæ ſynecdochicè in multis legibus pro rebus immobilibus in genere accipiuntur, *ut in l. 7. De uſufr. l. 1. De cond. tritic. l. 7. §. 4. de pecul. l. 30.*

l.30.§.1. De uſucap. & aliis.) Vel *ſolo* cohærentes; ut fructus pendentes, granaria, arundineta antequam cæſa ſint, &c. *l. 44. ff. de rei vind. l.18 ff. de act. emt. l. 12. §.1. & §.11. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

Actio, nomina, jura, nec mobiles res ſunt, nec immobiles; *Spec. in tit. de fructib. §.1. n.7. & ibi Io. Andr. in addit. Gail. 2. obſ. 11. Quia iſta diviſio eſt ſubſtantiarum, & præterea ſunt res incorporales.*

Res *incorporales* ſemper inhærent corpori alicui; *l. 1. §. 1. De rer. diviſ. A quo tamen cum diverſam habeant conſiderationem, habent diſtinctionem, & doctrinam diverſam.*

Sunt vel *quantitatis*, ut Nummus (in quo non materia ipſa, ſed valor attenditur; *l. 95. De legat. 3. l. 94. §. 1. De ſolut.*) Pondus, Menſura: Quo etiam pertinet rei cujuſque æſtimatio; quæ quantitate definitur.

Vel *qualitatis*, quæ propriè jura dicuntur; quarum quædam in facto magis ſunt, quam in jure, ut poſſeſſio; *l. 1. §. 1. De acquir. poſſ.* quædam jure magis quam in facto, ut dominium.

Utrumque verò tam dominium, quam poſſeſſio ſpectatur in re tam corporali, ut fundo; quam incorporali, ut ſervitute fundo debita.

Undè illa ſunt jura in homine, extra rem poſita; reliqua jura ipſis rebus inſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT XLIII.

REbus inſunt *ſervitutes*; Quæ ſunt jus ſerviendi in re alterius, *l. 1. ff. ſi uſuſf. pet. l.* 26. *De ſerv. urb. præd.* ad uſum alterius alicujus rei, vel perſonæ, conſtitutum, *l.* 15. *De ſervit.*

Eſt vel *perſonalis*, jus perſonæ, quo perſonæ res aliena: vel *realis*, jus prædii, quo ei prędium alienum ſervit; quæ in re, & per conſequens tantum perſonæ conſtituitur.

Illa perſonam ſequitur, & cum eâ extinguitur, §. *finitur. Inſt. de uſufr. l. pen. C. eod.* & conſiſtit in rebus tam mobilibus, quam immobilibus, §. 2. *Inſt. de uſufr.* Hæc rem; & conſiſtit tantum in immobilibus, §. 3. *Inſt. de ſervit. præd.* Eſtque in re immobili, & rei immobilis.

Diſtinguuntur ſervitutes ex eo cui ſervitus debetur, ut ſi rei, realis; ſi perſonæ debeatur, ſit perſonalis.

Perſonales ſunt, *Nominatæ*, & *innominatæ*. *Nominatæ*, eſt *Uſus*. Servitus qua quis re aliena utitur.

Eſt vel non *prorſus plenus*. Qui eſt, vel *Uſus in ſpecie* dictus, uſus rei ad neceſſitatem, re manente ſalva, & integra. Vel habitatio, uſus ædium alienarum; qui eſt in habitando, §. 1. *&* 2. *Inſt. de uſu & habit.*

Quæ etſi re nihil aliud eſt quam ædium uſus, tamen ab eo diſtinguitur in Inſtitutionibus, §. 5. *eod.* Scilicet quod eſt quaſi proprium jus; quatenus habitatio non amittitur non utendo, neque capitis diminutione, ſicut uſus, *l.* 10. *ff. de uſu & habit.*

Vel *plenus*, qui eſt *Uſusfructus*, uſus rei ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

voluptatem ſalva rei ſubſtantia, *pr. Inſt. l. 1. ff. de uſufr.*

Non habet itaque modò uſusfructus uſum, *l. 14. §. 1. De uſu & hab.* ſed & plus complectitur. Nempe uſuarius definitur neceſſitate, ut nec abundet, nec egeat. In uſumfructum veniunt omnes rei commoditates quæcunque ex re uſumfructum debente percipi poſſunt, *d. §. 1. Inſt. de uſu & habit. l. 7. & ll. ſeqq. De uſufr.*

Hinc uſuarius non poteſt jus ſuum in alium transferre; uſufructuarius poteſt *d. §. 1. l. 11. & l. ſeq. De uſu & hab.* 2. Uſus ſi ſufficiat plurium eſſe poteſt; uſusfructus non poteſt duorum integer eſſe; diviſus poteſt, *l. 5. De uſufr. vid. Connan. 4. comm. jur. civil. 5.* 3. Uſufructuarius fructus collectos, licet nondum conſumtos, transmittit ad heredes; *l. 25. §. 1. De uſur.* Non uſuarius, ſed quicquid ſupereſt fructuum, vel perceptorum, vel percipiendorum ad dominum proprietatis redit.

Uſusfructus eſt vel *verus*, rerum quæ non abſumuntur; vel quaſi, rerum quæ uſu abſumuntur, *§. 2. Inſt. de uſufr. l. 2. §. 1. De uſufr. ear. rer. quæ uſu conſ.*

Uſufructuarius rei tantum eſt, fructuum pleno jure dominus.

Abutitur ſeu malè utitur re uſufructuarius, ſi eam faciat, aut fieri patiatur, deteriorem, ſubſtantiam & formam rei immutet, rem etiam meliorem faciendo, ſcilicet in ſubjecto, & formâ rei. Non protinus qualitate ſeu adjuncto mutato, l. 7. & l. ſeqq. l. 44. ff. eod.

Ut re ita utatur, prodita cautio uſufructuaria.

In *uſufructu vero* cavet uſufructuarius, ſe

re uſufructuaria uſurum boni viri arbitratu, *l. fin. ff. uſumfr. quemad. cav.* Uſufructu finito ſe rem eandem quam in uſumfructum accepit reſtituturum, *l. 1. ff. eod.*

In *quaſi uſufructu* tantum de re in genere, vel ejus æſtimatione reddenda, *l. 1. 2. & 7. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſ.*

Innominatæ ſervitutes perſonales ſunt, quæ certum de jure nomen non habent, ſed cum naturâ ſuâ eſſent reales, ita conſtituantur ut, non rebus, ſed perſonis debeantur.

Servitutes omnes perſonales extinguuntur morte perſonæ cui debentur, §. 3. *Inſt. l. pen. C. de uſufr.* nec tranſmittuntur ad heredes. Uſus & uſusfructus etiam deſinunt capitis diminutione ejus cui debentur. Non tamen habitatio.

Realis ſervitus (etiam prædialis à prædio ſerviente dicta) non poteſt Romanis ex tempore, nec ad tempus nec ſub conditione, nec ad conditionem conſtitui; *l. 4. De ſervit.* Sed ejus cauſſa eſt perpetua, *l. 14. ff. eod. l. 28. De ſerv. urb. præd.*

Modus tamen ei poteſt adjici; & quomodo, quando, quatenus, quis utatur ſervitute rei ſuæ debitæ deſignari, *d. l. 4. §. 1. l. 5. §. 1. De ſerv.*

Nec ulla in hac partium ratio habetur; *Nec enim ſervitus pro parte, vel imponitur vel acquiritur, vel remittitur, tamen acquiſita, pro parte retinetur. l. 6. l. 8. l. 11. ff. eod. l. 32. l. 34. De ſervit. ruſt. præd.*

Prædia hic non ex loco, ſed uſu diſtinguuntur, *l. 16. C. de præd. & aliis reb. minor.*

Qui vel eſt habitandi cauſſa urbanus, vel ruſticus fructuum, aut aliarum rerum conſervandarum cauſſa, extra uſum habitandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Unde *prædia* vel ſunt *urbana*, quæ ædes, Vel *ruſtica*, & fundi dicuntur. Sunt verò illæ ſæpè extra urbem, ut villæ; hi in urbe, ut, horti, vineæ, &c. *l. 198. De V. S. l. 1. C. commun. præd.*

Et inde ſervitutes vel *prædiorum urbanorum*, vel *ruſticorum*. quatenus his, vel illis debentur, *l. 1. de ſervit. Id enim ex prædio cui debetur ſervitus æſtimatur.*

Ex ruſticis tamen ſervitutibus fieri poſſunt urbanæ, non viciſſim.

In ruſticis utriuſque prædii vicinitas exigitur, *l. 7. §. 1. De ſerv. ruſt. præd.* In urbanis non æque, *l. 38. De ſerv. urb. præd. l. 6. ff. comm. præd.*

Differunt inter ſe Subjecto, id eſt prædii genere, & uſu ſeu Forma ſervitutis. *Nam ruſticæ tantum conſiſtunt in eo ut vicinus aliquid patiatur; urbanæ etiam in non faciendo, puta ne vicinus ædes ſuas altius tollat, l. 15. §. 1. ff. de ſervit. l. 6. §. 2. ff. ſi ſervit. vind. Urbanæ omnes ſui natura intermiſſionem habent, ſed ruſticæ uſum poſſeſſionemque continuam, l. 44. ff. de ſervit. l. 28. De ſerv. præd. urb.*

Urbanarum ſpecies ſunt. 1. *Altius tollendi*, hoc eſt ædificandi in altitudinem quouſque libuerit.

2. *Non tollendi altius*; quâ naturalis libertas altius tollendi inhibetur, *l. 1. l. 32. ff. de ſerv. urb. præd.*

3. *Tigni immittendi*, quâ licet domino ædium cui ea debetur immittere tignum ſeu trabem in parietem vicini ut in eo requieſcat, *l. 20. ff. eod.*

4. *Tigni non immittendi*, qua id prohiberi poteſt.

5. *Pro-*

5. *Projiciendi*; quâ licet protendere aliquid, ſeu arceras, ſuper aream vicini, ut nuſquam quieſcant.

6. *Protegendi*, quâ licet textum ſuum extendere ſuper aream alterius ad protegendas ab injuria pluviæ ædes.

7. *Oneris ferendi*, ut paries ſeu columna aliena onus neceſſarium ædium ferat, *l.* 1. §. 1. *l.* 33. *ff. eod.* Quo pertinet ſervitus oneris porticus ſervandæ, *l.* 47. *De damn. infect.*

8. *Luminum*, quæ eſt immittendi luminis, hoc eſt, ut vicinus lumina, & feneſtras noſtras quibus lumen cœli hauritur, excipiat, *l.* 4. *De ſerv. urb. præd.* Ex qua apparet qualis ſit ſervitus *ne luminibus officiatur*.

9. *Proſpectus* duplex. 1. *Proſpiciendi* in prædium vicinum. 2. *Ne proſpectui officiatur*, ne quaqua verſus liber ſit, *l.* 15. *& l. ſeq. ff. eod.*

10. *Stillicidii* vel *avertendi*, quâ vicinus poteſt aquam ſupra tectum ſuum cadentem in locum vicini avertere, & derivare; (quod extollere quidem, non deprimere poteſt, & leviorem non graviorem ſervitutem reddere, *l.* 20. §. 5. *ff. eod.*) Vel *non avertendi*, qua id prohibetur.

11. *Cloacæ*, quâ licet ſordes in, aut per alterius ædes derivare, *l.* 7. *De ſervit.*

Ruſticarum ſpeciebus commune eſt, ut totum prædium ſerviens afficiant, ut per quamcunque ejus partem ire domino prædii dominantis liceat: *l.* 9. *ff. eod.*

Poteſt tamen ſpatium determinari quo ſervitute utatur; alioqui eâ debet uti civiliter, d. l. 9. l. 26. ff. de ſervit. præd. ruſt. qua parte ipſi commodum & prædio ſervienti minus incommodum eſt, d. l. 9. Parte electâ, mutare amplius nequit, d. l. 9.

Species earum ſunt. I. *Iter*, jus eundi, *pr. Inſt. de ſervit. l. 1. De ſerv. ruſt. præd.*

2. *Actus*, jus agendi.

3. *Via*, jus vehendi, *dd.ll.*

Viæ latitudo in porrecto eſt pedum octo, in anfracto ſedecim: cæterarum ſervitutum ſpacium boni viri arbitrio terminandum, l. 8. l. 13. §. 1. & 2. ff. eod.

4. *Aquæductus*, jus aquæ (ſive publicæ, ſive privatæ) ducendæ per fundum alienum, *d. pr. & d. l. 1.* canalibus vel foſsâ deductâ, quatenus fundo dominanti opus eſt.

5. *Aquæhauſtus*, jus hauriendi aquam ex flumine, fundo vel puteo privato, quatenus fundo dominanti opus, *l. 1. §. 1. l. 3. §. fin. l. 20. §. fin. ff. eod.*

6. *Pecoris ad aquam appulſus*, jus pecus ſuum ad flumen, vel fontem privatum alienum agendi, ut bibat ex eo.

7. *Ius paſcendi.*

8. *Calcis coquendæ.*

9. *Arenæ fodiendæ, d. pr. d. l. 1. §. 1.*

Servitutum tam perſonalium, quam realium amittendarum modi ſunt tres. I. *Negligentia* non utentis, *l. pen. C. de ſervit.* Nam non utendo ſervitute, libertas contra fundum dominantem à ſerviente præſcribitur. II. *Rei ſervientis interitus*, *§. pen. Inſt. de uſufr.* Nam quod ædificio reædificato priſtina ſervitus redit, non ex jure, ſed utilitatis cauſſa conſtitutum, *l. 20. §. 2. ff. de ſervit. præd. urban.* III. *Acquiſitio dominii rei ſervientis.* Tum enim confundi ſervitus, *l. 1. ff. quemad. ſerv. amitt.* & conſolidari, *d. §. pen.* dicitur. *Re enim ſuâ quis utitur jure dominii, vel poſſeſſionis, non ſervitutis.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT LXVI.

A*Cceßiones rerum* ipſæ ſunt res ſi per ſe conſiderentur: Acceſſiones autem, ſi vel origo earum, vel uſus.

Sunt vel *hominis:* ut ſervi, ancillæ, & utriuſque illius peculium, *l.* 31. §. 4. *ff. de ædil. edict.* hujus tantum partus, qui acceſſio, *l.* 63. *De legat.* quidem eſt, ſed non qualis eſt fructus, *arg. l.* 42. *ff. de eviction. Partus enim non eſt in fructu,* §. 37. *Inſt. de rer. diviſ.* Vel *rerum aliarum.* Suntque *Impenſæ* & *Fructus.*

Impenſæ, acceſſiones ſunt in res collatæ, quæ fructus ſolent præcedere.

Sunt. 1. *Neceſſariæ*, quæ ſi factæ non eſſent res peritura, aut deterior futura, eſſet, *l.* 1. §. 1. *l.* 2. 3. 4. 14. *ff. de impenſ. in res dotal.* 2. *Utiles*, quibus melior redditur, *l.* 39. *De hered. petit. d. l.* 14. *l. fin. De impen. in res dotal.* 3. *Voluptuariæ*, quæ ornant ſpeciem, ſed fructus rerum non augent, *l.* 7. *ff. eod. l.* 79. *De V. S.*

Fructus dicuntur qui deducto ære alieno, hoc eſt, impenſis in rem factis, ſuperſunt, *l.* 7. *ff. ſolut. matr. l.* 36. §. *fin. ff. de hered. petit.* Vel acceſſio rei utilis, hoc eſt, omnis rei commoditas atque utilitas, *l.* 9. *l.* 59. §. 1. *De uſufr. l.* 42. *De uſufr. leg.*

Sunt vel *naturales*, qui ſponte naſcuntur ſine hominis opera; Ut, in fructu fundi, arundo cædua, *l.* 40. §. 4. *ff. de contr. emt.* oliva, *l.* 48. §. 1. *De uſufr.* In pecudum fructu, fœtus, lac, pilus, lana, §. 37. *Inſt. de rer. diviſ.* Vel *induſtriales*, qui natura quidem, ſed non citra hominis operam producuntur, ut fruges, & ſegetes, *l.* 45. *De uſur.*

Utri-

Utrique ſunt aut *pendentes*, qui adhuc terræ cohærent: aut *percepti*, à ſolo ſeparati: qui ſimul ac ſeparati ſunt pars fundi eſſe deſinunt, & cenſentur jure proprio, licet nondum ſint adſportati: Veluti ſi olivæ vel uvæ ſint collectæ, necdum tamen oleum vel vinum ex illis expreſſum.

Vel *civiles*, qui non ex rei corpore ipſo proveniunt, ſed ejus occaſione percipiuntur ex conventione; ut ſunt uſuræ, penſiones, mercedes, intereſſe, &c.

Naturalium, & civilium alias eadem ratio eſt; Differunt tamen perceptione, & acquiſitione: Nam in naturalibus collectionis; in civilibus ceſſionis tempus, quo deberi incipiunt, ſpectatur.

Percipiendi fructus (in omni fructuum genere) dicuntur, nondum quidem percepti, ſed quos diligens paterfam. percipere potuiſſet.

Sic etiam in genere *extantes* dicuntur, qui adhuc ſunt in rerum natura, ſive percepti, ſive pendentes: aut ut non extent, extare tamen adhuc intelliguntur ex eo, quod iis quis factus eſt locupletior.

Conſumti verò qui percepti ſunt, ſed uſu deperditi.

De rebus quæ nullius ſunt.

CAPUT LXV.

Præcedentes diſtinctiones Juriſconſultis, & Philoſophis communes ſunt. Illis propria eſt, quâ *res ſunt nullius*, vel *alicujus*, *l.* 1. *De rer. diviſ.*

Alicujus ſunt vel ratione poſſeſſionis, vel dominii.

Nullius eſt quæ nec poſſidetur, nec in dominio habetur. Vel ita ut nullius etiam hominis fieri poſſit, vel ut ſolâ apprehenſione alicujus fiat.

Illa eſt *Res Divina*, vel *Verè*, Deo conſecrata, & immediatè uſibus divinis mancipata. Sive *auctoritate publica* per ſacerdotem, quæ *Sacra* dicitur, *l.6.* §.3. *ff. eod.* ut templa, donaria, & quæ cultui divino dicantur. Sive *privata*, alicujus religioni addicta, quæ *religioſa* dicitur, ut ſepulchra, *d.l.6.*§.4.

Vel *Quaſi*. 1. Ut *res Eccleſiaſticæ* uſibus divinis mediatè mancipatæ, quæ & *bona Eccleſiaſtica*, & *patrimonium Eccleſiæ* dicuntur, ut villæ, prædia, &c. *l.* 14. *C. de Sacroſ. Eccl.* 2. Res *ſanctæ* ab hominum injuriâ ſanctione munitæ; ut muri, portæ, legati, &c. *l.* 8. *De rer. diviſ.* §.13. *Inſt. eod. l. fin. De legat.*

Hæ vel nunquam fuere ullius, ut volucres cæli, piſces maris, feræ terræ, quæ ſimul ac capiuntur fiunt alicujus, §.12. *Inſt. eod.* Vel fuerunt alicujus, ſed eſſe deſierunt.

Suntque vel res *vacantes*, quæ ipſo jure, ſine ullâ hominis voluntate, dominum, vel poſſeſſorem, habere deſierunt, *l.* 37. §. 1. *De uſucap. l.30. De vulg. & pup. ſub. l.12. De bon. poſſ. ſec. tab.* Et quidem aut *revera*, de quibus id conſtat. Aut *præſumtione juris*, quando ex lapſu temporis qui dominus ſit non poteſt conſtare.

Quo pertinet *theſaurus*. Qui eſt res recondita, cujus ob vetuſtatem, quando recondita ſit, non extat memoria, *l.31.*§.1. *ff. de acq. rer. dom.*

Vel *relictæ*; quarum habendarum animum dominus, vel poſſeſſor abjecit. Idque vel *non*

ſponte;

ſponte; ut fera animalia capta quæ ſe recepere in ſuam libertatem. (*Quod tum feciſſe intelliguntur, ſi remiſerint revertendi conſuetudinem*, §. 14. *& ſeqq. Inſt. de rer. div.*) Vel *ſponte*, quas eâ mente dominus abjecit, ut in rerum ſuarum numero eas eſſe nolit, *l.* 1. *&* 2. *ff. pro derelicto.* §. 47. *Inſt. eod.* Talia non ſunt navis levandæ cauſſa in mare projecta, aut quę de rheda currente cecidere, §. *fin. Inſt. eod.*

De rebus quæ alicujus ſunt.

CAPUT LXVI.

Res *quæ alicujus ſunt*, vel *Publicæ* ſunt, quæ promiſcuè omnibus ſunt communes. Sive *Iure gentium*, quæ indifferenter communes ſunt omnibus omninò hominibus: ut eſt uſus aëris, maris, littoris, luminis, &c. §. 1. *Inſt. de rer. diviſ.* Sive *Iure civili*, quæ communes tantum ſunt omnibus hominibus alicujus univerſitatis; reſpectu aliorum privatæ; ut bona civitatum, collegiorum, &c. §. 6. *Inſt. eod.* Vel *Privatæ*, quæ ſunt ſingulorum hominum, §. 11. *Inſt. eod.*

Eſt verò res aliqua etiam ratione poſſeſſionis alicujus, ratione dominii nullius; ut mare, quod ratione dominii nullius, ratione poſſeſſionis omnibus commune eſt, *d.* §. 1.

Flumen ratione uſus Ulpiano, *l.* 1. *De interd.* ſic dicitur publicum, quia uſui publico eſt deſtinatum: Idem non eſt publicum ratione dominii, & proprietatis, §. 2. *Inſt. de rer. div.*

Bona civitatum privata dixit Ulp. *l.* 15. *De V. S.* ſcilicet comparata cum bonis civitatis Romanæ alibi publica dicuntur, *l.* 17. *De V. S.*

Bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Bona univerſitatis alicujus, illius reſpectu publica ſunt; privata ſi extra eam conſiderentur.

De poſſeſsione.

Caput LXVII.

IN rebus quæ alicujus ſunt, earumque jure duo ſpectantur, *poſſeſsio* & *dominium*.

Quæ ſi in unâ perſona concurrunt, res plenè, ſi alterutrum tantum, non plenè haberi dicitur.

Poſſeſsio natura prior eſt.

Definitur, vulgò, corporalis rei detentio cum animo poſſidendi. Plenius JCto Rei uſus, *l.* 115. *De V.S. Per quem non rei commoditas ſeu* χρῆσις, *in l.* 10. §. 1. *De uſu & hab. ſed detentio intelligitur,* κατοχὴ *dicta in l.* 1. *ff. de acq. vel am. poſſ.*

Eſt vel *vera*, rerum corporalium: *l.* 3. *ff. eod.* Vel *quaſi*, incorporalium, *l.* 3. §. *pen. De vi & vi arm.*

Utraque vel *Naturalis*, quæ in corpore conſiſtit citra affectionem domini. Undè & corporalis dicitur, *l.* 25. §. 1. *De acq. vel am. poſſ.*

Quæ ſi eſt cum affectione rem habendi, *in ſpecie naturalis* dicitur, Vel *detentio*, ſi non eſt.

Ex quo detentator potius dicitur eſſe in poſſeſsione, quam poſsidere.

Differunt puta iſta. 1. *Ut illud merè ſit facti, hoc etiam quid juris habeat.* 2. *Illud ut quis rem alii, hoc ut ſibi habeat. Sic colonus rem detinet, fur poſsidet, quia detinet eam animo ſibi habendi.*

Vel *Civilis*, quæ in jure conſiſtit cum animo domini, *l.* 10. *C. de acq. vel am. poſſ. l.* 67. *De furt.*

furt. per eminentiam juſta dicta, *l. 24. ff. de acq. vel am. poſſ.* Quia hæc juris, illa facti magis ſit. *Unde ſecundum magis & minus, illa facto, hæc jure definitur.*

Naturalem fructus; Civilem dominium, ut plurimum ſequuntur. Unde illa utilior, hæc firmior eſt.

Qui dominus eſt, ſæpe non poſſidet: qui poſſidet ſæpe non eſt dominus.

Sic dominus ſemper civiliter, non ſemper naturaliter, rem poſſidet. Qui dominus non eſt interdum civiliter, ſæpe etiam naturaliter.

Hinc diſtinguunt JCti inter *habere*, *poßidere*, *tenere*: *Habere*, de dominio, poſſeſſione, & detentione, generaliter dicitur: *l. 38. §. 9. ff. de V. O. Poßidere* non quidem ad dominum, ad eum tamen pertinet, qui rem habet cum affectione habendi, ſive animo domini, ſive non: *Tenere* merum, & nudum factum ſignificat, etiam ad corporalem poſſeſſionem refertur, ac is etiam tenere dicitur qui corpore inſiſtit etſi non poſſideat, *l. 9. De rei vind. l. 18. §. 1. De accept.*

Animo domini poſſidet, qui vel revera dominus eſt, vel ex tali cauſſa poſſidet ex qua, quod ad dominium transferendum habilis eſt, ſe illud acquiſiviſſe exiſtimat, etſi poſtea reſciſcat ſe ex ea dominium non acquiſiviſſe.

Duo pluresve rem eandem eodem tempore in ſolidum nequeunt poſſidere, *l. 3. § 5. ff. eod.* Eâdem ſcilicet poſſeſſionis ſpecie: Poſſunt diverſa, puta unus civiliter, alter naturaliter, quod etiam fit plerunque, *l. 3. in pr. ff. uti poßid.* Nihil quippe impedit ut unus rei ipſius, alter juris in re conſtituti poſſeſſor ſit vel quaſi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

quaſi, *vid. l.* 16. *De uſucap. l.* 37. *De acquir. rer. Dom.*

Acquiritur poſſeſſio nobis vel *per nos ipſos, l.* 1. §. 2. *ff. de acq. poſſ.* Vel *per alios*, qui vel revera, vel quaſi ſunt in poteſtate noſtra, liberos noſtros, ſervos, §. 1. §. 3. *Inſt. per quas perſ. cuiq. acqu.* etiam alienos, ſed hos vel bona fide nobis ſervientes, vel fructuarios, §. 4. *Inſt. eod.* homines etiam liberos bona fide nobis ſervientes, *pr. Inſt. eod.* procuratores, §. 5. *Inſt. l.* 1. *C. eod.* contra quam olim, ſed ita ſi noſtro nomine poſſeſſionem acceperint, hoc eſt, ut noſtram eſſe velint.

Acquirendæ autem poſſeſſionis, imprimis civilis, ratio (etſi ea facti ſit) à jure eſt. Naturalis quandoque ſine jure acquiritur. Jure tamen acquiſita præſumitur, & defenditur interdictis, donec contrarium conſtiterit. *Cujac. in par. C. de acq. vel am. poſſ.*

Modus ejus acquirendæ à jure definitus, eſt *apprehenſio; quæ ſufficit in detentatione; in reliquis neceſſe eſt eam fieri etiam corpore & animo ſibi habendi, l.* 1. § 21. *l.* 3. §. 1. *l.* 8 *ff. eod.*

Solo animo vel ſolo corpore non acquiritur, §. 5. *verſ. adipiſci. Inſt de interd. d. l.* 3. §. 1.

Acquiritur animo ſemper noſtro aut quaſi noſtro, nunquam alieno, niſi ex merce peculiari: Corpore vel noſtro vel alieno, aut veluti corpore, *l.* 51. *De acq. vel am. poſſ.*

Retinetur ſolo animo, *d. l.* 3. §. 8. *verſ. quod ſi. l.* 4. *C. eod.* Et ita quidem, ut poſſideatur res vel per nos ipſos, vel per alios qui noſtro nomine in poſſeſſione ſunt, *l.* 9. *l.* 18. *l.* 25. §. *ff. eod.*

Amittitur etiam ſolo animo protinus ubi quis ſponte, poſſidere nolle conſtituit; etſi corpore adhuc rei incumbat; quia hoc caſu ex poſ-

ex poſſeſſione fit rei detentatio, *d.l.3.§.6.l.17.§.1.ff.eod.* Coactè ſi hoc conſtituat, & corpore adhuc rei incumbat, interdicto ſuper poſſeſſione experiri poteſt, *& ſic intell.l.8. De acq. poſſ.l.153.ff.de R.I.*

Poſſeſſor eſt vel *bonæfidei*, qui ſe rem habere ex juſto titulo probabiliter putat, ſive proprietatem ſuam eſſe, ſive tantum poſſeſſionem putat: Vel *malæfidei* qui novit ſe rem non habere juſto titulo.

Bonæfidei poſſeſſor, ſi quidem rem quam dominus repetit adhuc poſſidet, per exceptionem doli mali deducit omnes impenſas; aut certè quod factum eſt, tollit §.30. *Inſt. de rer. diviſ. l.33. De cond.indeb.* Si non poſſidet, nullam earum nomine habet actionem; niſi quis putet eo caſu implorandum officium judicis, *l.49.§. De act.emt.l.7.De ann.leg.l.38. De hered. petit.*

Malæfidei poſſeſſor utiles, & neceſſarias deducit ex æquitate, *d. l. 38. & ſeqq.* ſtricto jure nullas, quia donaſſe eas præſumitur.

Et fructus omnes cujuſcunque generis, perceptos, percipiendos, extantes, conſumptos, naturales, induſtriales, ſive locupletior factus ſit, ſive non, reſtituit, aut æſtimationem, ſive titulum habeat, ſive non habeat. *vide. §. 2. verſ. etſi hereditas. Inſt. de offic. jud. l.33.l.62.§.1. De rei vind. l.25.§.3.& 4.l.40.§.1.l.52. De hered.petit.l.1.C.eod.l.2. C.de fruct.& expenſ. l.48. ff. de acq. rer. dom. l.25.§.1.l.28.l.45. De uſur. &c.*

Bonæfidei poſſeſſor omnes omninò fructus naturales, induſtriales, perceptos, conſumptos ita ſuos facit, ut repeti non debeant. Extantes unâ cum re reſtituit, ſive corporibus

poribus ſuis adhuc ſint in rerum natura, ſive ex conſumptione illorum ſit factus locupletior: *eatenus enim intelliguntur adhuc extare.* Malæfidei poſſeſſor factus, protinus ab eo tempore reſtituit, omnes fructus, non ſecus atque is qui nunquam bonam fidem habuit, *dd. ll.*

Fit malæfidei poſſeſſor protinus ubi rem alienam eſſe verè ſciverit: vel per litis conteſtationem: Habet tamen interim dum res evicta non fuerit, jus fructus percipiendi, non conſumendi ad hoc ut illos lucretur. *vid. l. 91. §. fin. De legat. 1. l. 48. §. 1. l. 23. §. 1. l. 40. ff. de acq. rer. dom. l. certum. C. de rei vind.*

De dominio, ejuſque diſtributione.

CAPUT LXVIII.

Dominium, eſt jus de re corporali pro libitu diſponendi, niſi quis vi aut jure prohibeatur. Rectius eſt, jus quo res proprietate noſtra eſt.

Quam qui habet dominus eſt, *l. 1. §. 1. De SC. Sillan.* ſive rem poſſideat, ſive non, *l. 12. §. 1. De acq. vel am. poſſ.*

Si ſola eſt ſine uſu, *directum* dominium dicitur: Si cum uſu, *plenum*: Utrumque eſt vel *Verum*, vel *Quaſi*; reſpectu ſcilicet rei vel juris ejuſdem quod à diverſis tenetur.

Verum eſt: rei ipſius, vel juris in re conſtituti dominium, in ſe. *Sic rei dotalis vera domina eſt uxor: dotis ſeu juris in illo maritus. Quaſi:* eſt dominium rei ſive juris in alio non in ſe. *Sic uxor eſt quaſi domina dotis, maritus quaſi dominus rei dotalis.*

Duo pluresve unius rei dominos eſſe non poſſe, de eodem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

eodem dominii genere accipiendum; quia diverſo reſpectu eſſe poſſunt. Dd. in l. quamvis. De jur. dot.

De acquirendi dominii cauſſis.

CAPUT LXIX.

UTi poſſeſſionem, ita *Dominium* vel *per nos ipſos acquirimus, vel alios.* ſed rurſus eos qui in poteſtate noſtra ſunt, vel vera, vel quaſi, *l.10. De acq.rer.dom.*

Liberi noſtri acquirunt nobis ex peculio, & labore ſuo, re verò noſtra. Ex peculio olim indiſtinctè, §. 1. *Inſt.per quas perſ.cuiq.acq.* hodie ex profectitio tantum, & adventitio, ſed ex hoc non niſi quoad uſumfructum, *d.* §. 1. *l.* 1. *l.* 6. *C. de bon. mater.* Servi ex omni cauſſa, *d.l.*10.§.1.

Utrique etiam nobis ignorantibus, ſed in hereditate acquirenda non niſi volentibus, *d.l.*10.§.1.

Servi alieni uſufructuarii, vel (ut & liberi homines) bona fide nobis ſervientes, nobis non niſi è re noſtra, & operis ſuis. Ex cæteris cauſſis ſervi quidem domino proprietatis, liberi ſibi ipſis acquirunt, *d.l.*10.§.3.*&* 4.

Per alios quam hos dominium nobis non acquiritur, ne quidem per procuratorem. Niſi per poſſeſſionem rei, eo animo procuratori, à domino datæ, ut noſtram eſſe velit, §. 5. *Inſt. per quas perſ. l.* 13. *De Acq.Rer. Dom.* Licet eam procurator ſuo nomine apprehenderit, *l.* 13. *De donat.*

Modi ſibi vel alii dominium acquirendi, vel *ex Iure Gentium*, qui traditionum; vel *ex Iure Civili*, qui uſucapionum terminis ſynecdochicè ab Impp. concluſi ſunt.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De modis acquirendi dominii Iure Gentium.

CAPUT LXX.

M*Odorum acquirendi dominii Iure Gentium* genera ſunt duo. Primum eſt ex *rei apprehenſione*. Alterum ex *Acceſſione*.

Illud conſiſtit. I. *In captivitate.* Sive rerum, quæ alicujus vel nullius fuerunt, *l.* 51. §. 1. *De acq.rer.dom.* ſive hominum, tum liberorum, tum ſervorum, jure belli juſti, *l.* 7. *ff.eod.l.* 19. §. 2. *De capt.& poſt.rev.*

II. In *occupatione* rerum quæ nullius ſunt alicujus tamen eſſe poſſunt; quæ naturali jure occupanti dicuntur concedi, *l.* 3. *De acq.rer. dom.*

Idque vel *Venatione*, vel *Inventione*: *Venatione* animalium natura ferarum. Sive beſtiarum, quæ in *ſpecie venatio*, ſive piſcium, quæ *piſcatio*, ſive avium, & *aucupium* dicitur.

Cuilibet venari, & aucupari liberum eſt, non in ſuo tantum, ſed & alieno fundo. Sed & domino fundi licitum eſt id prohibere, *d.l.* 3. §. 1. Contra prohibitionem ingreſſus, ſuum tamen facit quod ex venatione eſt conſecutus; ſed domino tenetur actione injuriarum, *l.* 13. §. *fin. De injur.*

Piſcari licet in aqua ſua vel publica, non aliena, *d.l.* 13. §. *fin.*

Animalia manſueta natura vel arte, quocunque ſe receperint primi domini manent, §. 12. §. 16. *Inſt. de rer. diviſ.* niſi pro derelictis habeantur, vel aliàs à domino in alium transferantur.

Quæ prorſus fera indiſtinctè; quæ cicurari

 poſſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

poſſunt tum demum fiunt occupantis, ſi in libertatem ſe receperint naturalem, & redeundi conſuetudinem abjecerint, §. 15. *Inſt. eod.*

Inventio, eſt occupatio aliarum rerum, quam animatarum.

Res enim quæ nullius ſunt, aut de quibus non conſtat, aut conſtare poteſt cujus ſint. Item quæ in mari aut littoribus naſcuntur, §. 18. *Inſt. eod.* Item res pro derelictis habitæ, cedunt occupanti, §. 47. *Inſt. eod. l. 5. ff. pro derel.*

Caſu deperditæ domino reſtituendæ, ſi ſciri poteſt cujus ſint; quem in finem inventor proponet vel proclamari faciet ſe rem invenisſe; quod ſi tum nemo reperiatur pro derelictis haberi cenſentur, & fiunt inventoris, *l. 43. §. 4. & ſeqq. ff. de furt.*

In theſauro ita diſtingue. Si quis in ſuo loco ſive fortuitò, ſive data opera eum inveniat, fit inventoris: Si in loco qui nullius eſt, ſimiliter: Si in loco alieno, ſive publico, ſive privato, fiſco vel loci domino, & inventori ex parte cedit dimidia, §. 39. *Inſt. l. 31. §. 1. l. 63. per tot. ff. de acq. rer. dom.*

III. In *traditione* facta ab eo qui jus transferendi habet, §. 40. *Inſt. eod.* (ſive ſuo nomine à domino rerum ſuarum adminiſtrationem habente, ſive voluntate domini à procuratore, §. 43. *Inſt. eod.* ſive juris conceſſione à tutore ſine voluntate domini, ſive contra eam à creditore pignus diſtrahente, §. 1. *Inſt. quib. al. licet.*) cum animo dominium transferendi.

Qui jus illud transferendi non habet, per talem traditionem, bonâ fide accipienti, tantum confert uſucapiendi conditionem, *l. 20. ff. eod.*

Acquirit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Acquirit traditione dominium, tantum qui acquirere poteſt. Procurator non ſibi, ſed domino acquirit à quo ad accipiendum eſt conſtitutus. Si non ſit qui accipiat, nihil traditum intelligitur.

Traditio vel *vera* eſt, rerum corporalium; Vel *quaſi*, incorporalium; quæ non per ſe, ſed cum rebus quibus inhærent traditæ exiſtimantur, *l.* 43. §. 1. 2. *ff. eod. Hinc patientia, cum in rebus noſtris quid fieri permittimus, pro traditione eſt, l.* 11. §. 1. *De publ. in rem act.*

Traditio omnis præſupponit cauſſam, eamque juſtam, quæ *titulus* dicitur, *l.* 31. *De acq. rer. dom.* eſtque conventio, quâ non acquiritur dominium, ſed ei quærendo occaſio præbetur, & obligatio acquiritur tradendi; Secuta traditione verò dominium.

Alterum genus *Acceſſio*, eſt quâ res ideo ſit alicujus quia illa rei quæ ſua eſt accedit. Secundum illud axioma *Adjunctum cedit ſubjecto.*

Eſt vel *Naturalis*, qualis. 1. *Fœtus*, ſeu procuratio animalium noſtrorum. Sive rationalium, ut ancillarum partus; Sive irrationalium, ut cæterorum.

Quæ ex animalibus dominio noſtro ſubjectis nata ſunt jure gentium noſtra ſunt, §. 19. *Inſt. l.* 2. *l.* 6. *De acq. rer. dom.*

2. *Alluvio*, quando appulſu fluminis paulatim, & latenter fundo noſtro aliquid accedit.

De quo. *Quod per alluvionem agro tuo flumen adjecit Iure Gentium tibi acquiritur,* §. 20. *Inſt. l.* 7. §. 1. *ff. eod. At ſi vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, meoque fundo adjecerit, palam eſt eam tuam permanere,* §. 21. *Inſt. eod.*

Vel *Induſtrialis*, cujus plures ſunt ſpecies.
1. *Inædificatio*, ſive ſit in ſolo ſuo, ſive in alieno, ædificii, & materiæ dominus eſt ſoli dominus, §. 29. §. 30. *Inſt. l. 7. §. 10. ff. eod.*

2. *Intextura*. Aliena enim materia, licet prætioſior, intexta veſtimento, ei cedit, §. 26. *Inſt. eod.*

3. *Implantatio*: Planta enim aliena in ſolo meo, alieno in ſolo mea, ſi radices egerit, cedit ſolo, §. 31. *Inſt. eod.*

4. *Satio*. Sata etiam ſolo cedunt, §. 32. *Inſt. eod. Hinc omnes fructus è re mea nati mei ſunt, niſi percipiendorum fructuum jus alii in re mea ſit conſtitutum, vel bona fide ea ab alio poßideatur.*

5. *Scriptio*. Literæ qualeſcunque chartæ cedunt, §. 33. *Inſt. eod.*

6. *Pictura*. In qua Juſtiniano placet tabulam picturæ cedere, §. 34. *Inſt. eod.*

7. *Specificatio*, quæ eſt quando ex materia ſive diverſa, ſive eadem, mea & aliena, vel tantum aliena, nova quędam ſpecies ſive corpus conſtituitur.

Circa quam jus eſt. Ut ſi res facta poſſit reduci ad materiam priſtinam, materiæ dominus ſit dominus ſpeciei factæ: (e. g. ſi ex alieno argento factum ſit vas.) Sin non poſſit reduci, is ſit dominus qui materię formam induxit, (e. g. ſi quis ex alienis uvis vinum exprimat) §. 25. *Inſt. eod.*

Specificationis tot ſunt ſpecies, quot modis ex materia aliena, vel ſola, vel una cum noſtra, ſpecies nova fieri poteſt. Præcipuæ ſunt *Confuſio*, & *Commixtio*.

Illa eſt rerum quæ mixtæ mutant formam priſtinam; (ut ſi ex vino, & melle fiat mulſum:) aut quæ formam quidem retinent, ſed

ſeparatio

ſeparatio earum eſt difficilis; ut ſi meum vinum, & tuum confuſum ſit. *Hæc* earum quæ manent quidem eadem, ſed conjunctæ novum quaſi corpus conſtituere videntur. Ut ſi frumentum meum, & tuum miſceantur, *l.* 3. §. *fin. l.* 23. §. 5. *De rei vind. d.* §. 25.

Confuſione factâ ex duorum voluntate, id quod ex confuſione factum eſt commune eſt. Si fortuitò, ſimiliter: Si ignorante eo qui confudit, ipſe ſolus eſt dominus, §. 27. 28. *Inſt. de rer. diviſ.*

Commixtione factâ res non ſunt communes, ſed quiſque dominorum portionem ſuam vindicabit. Ut vel ſuperflua ſua portio, vel ejus æſtimatio, ſi id fieri non poteſt, judicis arbitrio præſtetur, *dd. loc.*

De præſcriptionibus.

CAPUT LXXI.

Modi *acquirendi dominii jure Civili* ſunt *Præſcriptio* & *Succeſſio*.

Præſcriptionis vox uſucapionis voce eſt generalior, ex conſtit. Juſtiniani, qui fecit ut præſcriptio, cum ante eum nihil aliud eſſet quam exceptio diuturni temporis, *l.* 8. *De tranſact.* eundem effectum haberet, quem uſucapio, *l. un. C. de nud. Iur. Quir. toll.*

Eſt *Præſcriptio* acquiſitio (ſeu adjectio) dominii per continuationem poſſeſſionis tempore legitimo, *l.* 3. *De uſuc. l.* 2. *C. de præſc. long. temp.*

Inventa eſt, Jure Civili, ne rerum dominia manerent in incerto, *pr. Inſt. eod.*

In ſpecie dicitur de rebus incorporalibus. Corporales uſucapi dicuntur, *l.* 4. §. 27. *l.* 25. *D. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

eod. Hæ tamen etiam præſcribi dicuntur, illæ non dicuntur uſucapi, *l.* 1. *C. de annal. except.*

Eſt autem vel *temporis brevioris*, ſcilicet triennii. Vel *longi*, decennii inter præſentes, vicennii inter abſentes; §. 1. *Inſt. eod.* Eos ſcilicet qui ſunt vel non ſunt in territorio, & provinciâ, *l. fin.* §. *ſancimus. C. de præſcr. long. tem.* Vel *longiſſimi*, XXX vel XL annorum, *l. fin. C. de præſc.* 30. *vel* 40. *ann.* Vel *incerti*, hoc eſt, immemorialis.

In præſcriptionibus regulariter hic ordo ſervatur, Ut rerum mobilium ſit triennii: Rerum immobilium indiſtinctè, & incorporalium cum diſtinctione ſit longi temporis; ſed cum bona fide poſſidentis. Cum mala fide autem & ſi ex natura rei longi temporis locum non habeat, longiſſimi temporis præſcriptio ſuccedit: Si illa locum non habet, ad immemoriale tempus recurritur, *pr.* §. 1. §. 3. *Inſt. eod. l. omnes. C. eod. d. l.* 1. *C.*

Actiones reales annis XX, *l.* 7. *C. de pet. her.* perſonales, *l. ſic ut. C. de præſc.* 30. *vel* 40. *ann.* & mixtæ, *l.* 1. §. *ad hæc. C. de ann. exc.* XXX annis præſcribuntur: Quod & in nonnullis aliis obſervatur, *l.* 7. § *fin. C. de præſc.* 30. *vel* 40. *ann.*

Fiſcus quadriennio: ſive quæratur de eâ præſcriptione quæ fiſco datur, ſive de ea quæ competit adverſus fiſcum circa bona vacantia & caduca. Poſt quod, ſi fiſcus bona vacantia vindicare velit, excluditur, *l.* 1. *C. de quad. præſc.* Computatum à die quo bona vacare ceperunt: *l.* 1. §. *Divus. De jur. fiſc. l.* 6. §. 7. *ff. ſi quis om. cau. teſt.* ſi rem alienam quaſi caducam alienavit, etiam ipſe in eam agentem repellit. At is qui rem à fiſco accepit, ſtatim ſecu-

ſecurus eſt, *l. 2. 3. C. de quad. præſc. §. fin. Inſt. de uſucap.*

Quæſtio de ſtatu defuncti quinquennio à die mortis, (intra quod ex SC. Ninniano colluſio detegi poterat, quæ fuit inter eum, cui ſtatus controverſia fiebat, & alium ut ingenuus pronuntiaretur,) coanguſtatur, *de hoc & aliis caſib. vid. Cujac. lib. de præſcr. & term.*

Poſſeſſio, quæ ad præſcriptionem requiritur ſive vera, ſive quaſi, talis eſſe debet, ut res animo domini habeatur. Quæ eſt vel civilis vel naturalis & civilis ſimul; non illa tantum, *l. 2. ff. pro hæred. l. 1. C. com. de uſuc.*

Debetque eſſe. I. *Continua*. Continuatur autem poſſeſſio autoris cum ſucceſſoris poſſeſſione, & habetur pro unâ ad complendam uſucapionem: idque in omni præſcriptione, *§. 1. §. 12. Inſt. l. 14. l. 20. l. 31. ff. de uſucap.*

II. *Iuſta*, ad quod duo neceſſaria. 1. Ut acquiratur *juſto titulo*, hoc eſt, legitima cauſſa; (Qua hodie in omni præſcriptione, exceptâ immemoriali; *l. 3. §. 4. De aq. quot. & æſt.* opus, *l. fin. C. de præſc. long. temp. l. un. C. cum autem. C. de uſuc. transfer.*) Sive *ſpeciali*, ut eſt emtio, hereditas, &c. quæ certum nomen habent, *de quib. ſing. tit. ff.* Sive *generali*, qui dicitur *pro ſuo. Cui tum locus eſt quando titulus poſſeſſionis acquiſitæ certum nomen non habet, e. g. cum res non legata bona fide datur quaſi legata ab herede ignorante, l. 27. De uſuc. tot. tit. ff pro ſuo.*

Fieri *bona fide*; in præſcriptione longi temporis neceſſario: ſed ita ut ſufficiat eam initio habuiſſe, *d. l. un. §. cum autem.* In longiſſimi & immemorialis temporis ſufficit tempus nudum, cum ſimplici poſſeſſione, *l. 3. 4. 8. §. 1. C. de præſc. 30. vel 40. ann.*

Heredis mala fides non officit præſcriptioni ſi defunctus bona fide rem poſſedit, l. 2. §. 18. & ſeqq. ff. pro emtore. Si defunctus mala fide poſſedit, heres etſi bona fide poßideat, non præſcribit; niſi ab eo tempore quo ipſe cœpit poßidere, §. 12. Inſt. de uſuc.

Succeſſori ſingulari non prodeſt bona fides autoris, ſi ipſe malâ fide rem accepit: mala autoris fides non nocet ipſi; ſi acceſſione temporis quo is poſſedit uti nolit, *l. 5. De diver. & temp. præſcr.*

Jure Canonico bona fides nullo unquam tempore abeſſe poteſt, *c. poſſeſſor. de R. I. in 6.* Quod hac in parte hodie in Imperio Romano eſt receptum, & ſecundum illud judicatum in Camera. *Gail. 2. obſ. 18. n. 7.*

An quis ſciat rem ſuam ab alio præſcribi, an ignoret, non attenditur, *l. fin. C. de præſc. long. temp.*

Quædam res omninò non præſcribuntur. Vel *ob privilegia perſonarum*. Undè non præſcribuntur. 1. *Res pupillares & minorum*, adeò ut in illis antequam tales fierent præſcriptio inchoata, ceſſet quamdiu ſunt tales, *d. l. 3. l. 3. C. quib. non ob long. temp. præſc.* Niſi ſit, (ut volunt Dd.) præſcriptio longiſſimi temporis & cum defuncto inchoata. *Gl. in l. un. C. ſi adv. uſuc. Guid. q. 31.* 2. *Res dotales*, niſi præſcriptio antequam dotales fierent fuerit inchoata, *l. 16. de fund. dotal.* 3. *Res legitimè impediti quo minus agere poßit*, quamdiu quidem durat impedimentum, *l. 1. C. de ann. exc.* 4. *Militibus, abſentibus Reip. cauſſa, vel qua alia juſta, captis ab hoſtibus*, adeoque omnibus qui in integrum reſtitui poſſunt, præſcriptio cum effectu non objicitur, *l. fin. C. in quib. cauſſ. in integ. reſt. nec.*

Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Vel *ob rerum qualitatem.* 1. *Res ſacræ,* & *religioſæ*; quia nullius eſſe poſſunt, §. 1. *Inſt. de uſuc.* 2. *Furtivæ* mobiles, nec *vi poſſeſſæ* immobiles, donec vitium ſit purgatum, hoc eſt, donec in domini poteſtatem redierint, §. 2. §. 8. *Inſt. eod.* 3. Quæ *meræ facultatis* eſſe dicuntur. 4. Quæ *ex rebus furtivis aut vi poſſeſſis naſcuntur*; e. g. partus ancillæ furtivæ; ſi ſcil. vel prægnans jam ſurrepta fuerit, vel apud furem conceperit ejuſve heredem. Sin verò apud bonæfidei poſſeſſorem conceperit, is partum pro ſuo uſucapit, dummodo eo tempore edatur, quo matrem furtivam eſſe is ignoret, *l.* 4. §. 15. *& ſeq. l.* 33. *ff. eod.* 5. *Teſtamento vendi prohibitæ, l.* 2. *C. pro emtore.*

Quædam res ob privilegium tempore quam aliis ampliore præſcribuntur. Res Principum annis XL. *l. omnes. C. de præſc.* 30. *vel* 40. *ann.* Civitatis Romanæ centum. Item aliarum Civitatum, & Eccleſiæ Romanæ, Aliarum Eccleſiarum XL; ſi ſint ejuſmodi quæ temporales dicuntur, non ſacræ & religioſæ. *Gl. in l.* 15. §. 27. *ff. de damn. infect. Nov.* 9.

Interruptio præſcriptionis, eſt cum antè completum ejus tempus adverſus poſſeſſionem quid fit ut non continuetur. Dicitur *Uſurpatio, l.* 2. *ff. de uſuc.*

Eſt vel *Naturalis,* & facti, ac propriè dicitur uſurpatio; cum quis vel ipſe dimittit à ſe poſſeſſionem rei, vel ab alio de eâ dejicitur, *l.* 5. *l.* 15. *ff. eod.* Vel *Civilis,* & magis juris; cum jus ratione effectus poſſeſſionem fingit interruptam, *dd. ll. l. motæ. C. de R. V.*

Eſtque hæc, in uſucapione triennii per ſolam judicis ſententiam, non citationem aut litis conteſtationem, *l.* 2. §. *fin. & Cujac. ad l.*

pen. ff. pro emt. In longi temporis præſcriptione per litis conteſtationem tam coram arbitro quam judice ordinario, non per ſolam citationem, *d. l. motæ. l. 18. ff. de R. V.* In longiſſimi temporis præſcriptione per ſolam in jus vocationem, multo magis per litis conteſtationem, & ſententiam, *l. 3. verſ. quæ ergo. l. 7. C. de præſc. 30. vel 40. ann.*

Naturalis interruptio prodeſt omnibus; Civilis non niſi ei qui vel in jus vocavit, vel litem eſt conteſtatus: cum adverſus alios præſcribere nihilominus poßit, d. l. 5.

De ſucceßionibus in genere.

CAPUT LXXII.

SUcceßio, etſi à Jure Gentium non eſt aliena, ex Jure Civili tamen eſſe dicitur, quia eâ acquiritur dominium, quod etiam Jure Quiritium ſubſiſtit.

Intelligitur autem hic talis, qua res quæ alterius fuerunt in locum ſucceſſoris transferuntur.

Eſt vel *univerſalis*, vel *ſingularis*.

Univerſalis, quæ eſt in jus univerſale: Quod dicitur, in quo non tam ipſa res, quam origo acquiſitionis ſpectatur, & poteſt eſſe tam in re unicâ, quam pluribus.

Eſt autem. 1. *Acquiſitio per arrogationem*; quæ eſt adeptio pleni dominii in bonis omnibus, (*exceptis iis quæ per capitis diminutionem pereunt; ſcilicet operarum, obligationibus, & jure agnationis*) arrogati, facta arroganti per arrogationem. *Ita quidem olim, jure Iuſtinianeo tantum acquiritur ita uſusfructus ab arrogante, & domi-*

dominium non niſi mortuo, & quidem ſine liberis arrogato, §. 2. *Inſt. de acq. per arrog.*

2. *Succeßio* ſcilicet *in ſpecie dicta*, quæ eſt in locum defuncti juris univerſalis conceſſio.

Eſt vel *Civilis*, à Jure Civili introducta, quæ hæreditatem. Undè heres: Vel *Prætoria* à Prætore introducta, quæ bonorum poſſeſſionem tribuit: undè bonorum poſſeſſor dicitur: quæ duo effectu penè eadem ſunt, ſed origine, & forma diverſa.

Hereditas, eſt jus in bonis defuncti protinus ab ipſius morte, jure civili conſtitutum, *l.* 62. *De R. I.*

Qui id jus acquirit heres dicitur, quaſi herus, id eſt dominus, non hæreditatis, (quæ iſta acquiſitione eſſe deſinit) ſed bonorum hereditariorum.

Heres alius eſt *Neceſſarius*, qui in poteſtate eſt defuncti, & protinus à morte ejus volens nolens heres exiſtit, §. 1. *Inſt. de her. qual. & diff.*

Et quidem vel *neceſſarius tantum*, ut ſervus à domino in teſtamẽto heres inſtitutus, *d.* §. 1. Vel *ſuus & neceſſarius*, ut liberi quos in poteſtate habemus, & gradu nobis ſunt proximi. Suus dictus quod domeſticus ſit in propriis quaſi exiſtens. Suitas quippe horum heredum, qualitas eſt, dominii continuationem, & ſucceſſionis neceſſitatem, ipſo jure, inducens, §. 2. *Inſt. eod. l.* 11. *De liber. & poſth.*

Alius *Voluntarius*, qui non eſt nec fit heres niſi velit; qui & extraneus dicitur, quod non fuerit in poteſtate defuncti, §. 3. *Inſt. eod.*

Nempe heredes neceſſarii exiſtunt heredes ipſo jure, *l.* 14. *De ſuis & leg.* Voluntarii facto ſuo, id eſt, hereditatis agnitione, *l.* 3. *in fin. ex quib. cauſſ. in poſſ. eat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Agnoſcere hereditatem putatur heres, cum verbis vel factis declarat voluntatem ſuam circa hereditatis acquiſitionem, §. *fin. Inſt. eod. l. 20. De acq. vel om. hered.*

Quod quando neceſſarii faciunt, dicuntur ſe hereditati immiſcere; Quando voluntarii, hereditatem adire, *d. l. 3. in fin. & l. ſeq.*

Si illi eam amittunt, (quod poſſunt ex jure prætorio) *abſtinere* ab ea: *l. 38. De acq. vel am. hered.* Si hi (quod poſſunt ex Jure civili) *repudiare* eam dicuntur, *l. 1. §. decretalis. ff. de ſucc. edict.*

Utraque, & agnitio, & omiſſio olim fiebat ſolenniter; hodie quomodocunque, verbis, vel factis, animum heredis declarantibus, *l. 17. C. de jur. delib.*

Ne heres vel cum damno ſuo hereditatem adeat, vel cum damno creditorum hereditariorum id differat, duo remedia in jure prodita ſunt: 1. antiquius, *Ius deliberandi*. Utrum adire expediat. 2. recentius ex conſtit. Juſtiniani *Beneficium inventarii*. Quorum alterutro circa acquiſitionem hereditatis uti heredi liberum, *l. fin. C. eod.*

Illud heredibus ſuis, & neceſſariis jure prætorio, voluntariis jure civili: Hoc utriſque Jure Civili: ex conſtitutione ſcilicet Juſtiniani.

Iſtorum verò loco heres tantum neceſſarius habet beneficium peculiare, ſeparationis ſcilicet, hoc eſt, res peculiares à bonis defuncti ſeparandi, quo his diſtractis, illas habeat liberas, *tot. tit. De ſepar.*

Deliberationi ſpacium ſolebat definiri à teſtatore, & dicebatur *Cretio*, & interim heres cernere; vel à judice, in cujus olim erat arbi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

trio: hodie eſt annuum, *l.* 19. *C. de jur. delib.* Si à neutro definiretur, erat perpetuum, h. e. durabat XXX annos.

Beneficio inventarii ſine ulla deliberatione quam primum eo confecto aditur hereditas.

Inchoari debet intra XXX dies à tempore acquiſitæ hereditatis, citatis ad hoc quorum intereſt, & adhibito Notario ac teſtibus, intra LX dies; aut, ſi bona diverſis in locis ſita ſunt, intra annum abſolvi, & ſubſcriptione confirmari, *d. l. fin. Nov.* 2. *c.* 2.

Qui vel ſine ulla deliberatione, & inventario, vel deliberatione habita ſine inventario, hereditatem acquirit, adſtrictus eſt ad omnia & ſingula onera hereditaria, etſi hereditas non ſit ſolvendo: Qui facto inventario; non tenetur ultra vires hereditarias, *d. l. fin.*

Poteſt etiam hereditatem nondum acquiſitam qui jus acquirendi habet in proximum à ſe tranſmittere.

Hoc jus duplex eſt. Aut enim vocatur *Succeſſorium edictum*, pertinens tantum ad cauſſam inteſtati, eoſque tantum qui inter ſe ſunt cognati; quo, ſi is qui in ſucceſſione gradu prior eſt, ſuccedere nolit, ad ſucceſſionem admittatur ſequens, donec vel unus ſuccedat, vel non ſuperſit de cognatione qui ſuccedat, *l.* 1. *ff. l. fin. C. de ſucceſſ. edict.* 2. Aut *jus tranſmißionis in ſpecie* dicitur, pertinens ad cauſſam teſtati & inteſtati, quo quis moriens hereditatis nondum acquiſitæ tamen acquirendæ jus in ſucceſſorem ſuum tranſmittit.

Quod jus tantum habet ſuus heres, hoc eſt, ejus qui intra hereditatis acquirendæ tempora defunctus eſt heres, ſuitatis vel ſanguinis jure; ſublatâ

per Iuſtinianum emancipationis differentiâ. In extraneo ceſſat, l. quoniam. C. de jur. delib. & paſſim.

De ſucceſſione univerſali civili ex voluntate Ultimâ.

CAPUT LXXIII.

SUcceſſio eſt vel *legitima*, & à lege ſolâ ab inteſtato, vel *teſtamentaria* ex voluntate ultima, cujus potiſſima ſpecies teſtamentum eſt.

Prior habetur ratio ſucceſſionis ex teſtamento, *l. 39. l. 70. ff. de acq. vel am. hered.*

Voluntas ultima, eſt diſpoſitio hominis de bonis ſuis, poſt mortem demum effectum ſortiens.

Eſt vel *univerſalis*, vel *ſingularis*.

Univerſalis, quæ ſub univerſali inſtitutionis titulo facta eſt. Undè univerſalis ſucceſſio; quæ propriè eſt hereditaria. Eſtque vel *teſtamentaria*, vel *Codicillaris*.

Teſtamentum, eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. *Ut Modeſtinus, l. 1. ff. qui teſt. fac.* vel *ut Ulpianus*, heredis inſtitutio, *l. 19. §. 1. De teſtam. milit.*

Teſtamenti factio eſt vel *activa*, hoc eſt, jus teſtamentum condendi. Vel *paſſiva*, jus ex teſtamento capiendi. Illud eſt teſtatoris, Hoc heredis, *l. 4. l. 16. ff. qui teſt. fac.*

Teſtandi jus habent omnes, mares, fœminæ, qui rerum ſuarum liberam habent adminiſtrationem, teſtari non prohibiti, *l. 5. ff. eod.*

Prohibentur *alii natura*. I. *Ob defectum animi.*

mi. 1. Infantes aliique impuberes, ad XIV annum completum maſculi, ad XII fœminæ, *d. l.* 5. 2. Furioſi, §. 1. *Inſt. quib. non eſt per. teſt.* 3. Prodigi, §. 2. *Inſt. eod.* ſi ſcilicet eo tempore tales ſunt quo teſtamentum condere volunt: Ante, vel poſt furorem, vel prodigalitatem conditum teſtamentum valet; niſi aliud impediat, *dd. loc.*

II. *Ob defectum corporis* non: niſi impediantur tales ſenſus, qui ad condendum teſtamentum ſunt neceſſarii; ut auditus, viſus, loquela, *l.* 2. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *ff. eod.*

Cœcus teſtari quidem poteſt, ſed debet accuratius quam alii. Surdus mutus natus teſtari nequit, factus poteſt, ſi ſciat literas. Surdus tantum, aut mutus tantum factus ſive natus, ſimiliter poteſt ſi literas calleat, §. 3. 4. *Inſt.* *l.* 8. *C. eod.*

Alii *lege.* 1. *Alieno juri ſubjecti:* liberi ſub poteſtate, & ſervi, ne quidem accedente conſenſu eorum quorum ſub poteſtate ſunt, *l.* 6. *l.* 16. *ff. eod. Filiusfamilias tamen de caſtrenſi & quaſi peculio teſtari poteſt, pr. Inſt. eod. Nov.* 113.

II. *Qui ſtatum non habent.* 1. Ut Peregrini; 2. obſides, *l.* 11. *ff. eod.* 3. ab hoſtibus capti, *l.* 8. *ff. eod.* apud hoſtes quidem. 4. qui ſtatum mutarunt, quod libertatem, civitatem, amiſerunt, vel ſe arrogandos dederunt, quorum teſtamenta ſi quæ fecerunt, irrita fiunt capitis diminutione, §. 4. *Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* Captorum tamen ab hoſtibus ante captivitatem facta teſtamenta ſuſtinentur jure poſtliminii ſi capti redeant; ſi apud hoſtes moriuntur lege Cornelia, *l.* 12. *ff. qui teſt. fac.*

Hiſce accenſentur qui de ſtatu ſuo dubitant, vel circa eum errant, l. 14. *l.* 15. *ff. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Ut teſtamenta ſubſiſtant duo tempora in teſtatore conſideramus, facti teſtamenti, & mortis: illud ſtrictius, hoc non æquè.

Nempe ejus qui teſtandi jus habet valet teſtamentum, niſi aliquo modo ſit infirmatum, licet id mortis tempore non habeat.

Ex teſtamento capere poſſunt omnes tam liberi, quam ſervi; *l.* 32. *De hered. Inſt.* non peregrini, *l.* 1. *C. eod.* niſi cum milite, *l.* 13. §. 2. *ff. de teſt. milit.* non qui à lege improbi & inteſtabiles eſſe juſſi ſunt, *l.* 26. *ff. qui teſt. fac.* ut hæretici, *Nov.* 144. & ob crimen damnati, *l.* 18. §. 1. *ff. eod.* Non ſervi, alieni puta; niſi ex perſona domini cum quo teſtamenti factio eſt; *l.* 18. *ff. qui teſt. fac. poſſ.*

Nempe ſi ſervo aliquid teſtamento relinquitur domino, volenti id eum capere acquiritur, §. ſervus autem. Inſt. l. 31. *ff. de hered. inſt. Proprius ſervus à domino inſtitutus eo ipſo etiam fit liber, & qua talis accipit hereditatem, pr. Inſt. & l. pen. C. de neceſſ. hered.*

Teſtes in teſtamento adhiberi tantum poſſunt cum quibus teſtamenti factio eſt, ſive activa, ſive paſſiva, §. 6. *Inſt. de teſt. ord.* Non tamen promiſcuè omnes.

Prohibentur I. *Natura ob defectum animi*, infantes, impuberes, furioſi, prodigi, *d.* §. 6. *Ob defectum corporis*, muti, ſurdi, multo magis muti & ſurdi ſimul, quibus adduntur cæci, *d.* §. 6.

II. *Lege*, vel qui omnino teſtes eſſe nequeunt, quod lege ſunt improbi, & inteſtabiles; ut condemnati, hęretici, *d.* §. 6. *l.* 18. §. 1. *ff. qui teſt. fac.* ſervi; *l.* 20. §. 7. *ff. eod.* Vel qui poſſunt eſſe teſtes ex cauſſa peculiari ſolummodò, non in teſtamento. Ut. 1. Mulier, ob teſtamenti ſolennitatem, *d. l.* 20. §. 6. 2. Ob

affectionis ſuſpicionem, heres inſtitutus, *d. l.* 20. *pr.* 3. Pater heredis cujus in poteſtate eſt. 4. Fratres qui in ejuſdem patris ſunt poteſtate, §. 10. *Inſt. de teſtam. ord.*

Teſtium conditio ſpectatur tempore eo quo teſtamentum fit, *l.* 22. §. 1. *ff. eod.*

Servi fuerint, an liberi, nihil intereſt, modò qui ſervus fuerat omnium conſenſu pro libero habitus fuerit, *l.* 1. *C. eod.* §. 7. *Inſt. eod.*

Forma teſtamenti ſpectatur. I. *In teſtamenti ſubſtantia.* II. *In actione teſtamenti faciendi.*

In ſubſtantia ſpectatur. I. *Res,* de quibus teſtator diſponit, quæ debent eſſe ipſius propriæ, *l.* 15. *C. de teſtam.* non alienæ; (niſi ſint heredis, §. 4. *& ſeq. Inſt. de legat.*)

II. *Heredis inſtitutio* (quæ caput & fundamentum teſtamenti, §. 34. *Inſt. de legat.* etiam militaris, §. 1. *Inſt. de milit. teſt.*) eſt ſucceſſoris deſignatio.

Cui *exheredatio* opponitur, hoc eſt, hereditatis vel jure ſuitatis, vel ex teſtamento debitæ, ademtio.

Utraque pendet à voluntate teſtatoris.

Perſonæ quædam aut neceſſario inſtituendæ ſunt, aut exheredandæ; quædam non; in quibus præteritio pro exheredatione.

Neceſſariò inſtituendi, aut exheredandi ſunt teſtatoris liberi, nati, ſive poſthumi, (ex conſtitutione Juſtiniani,) tam mares, quam fœminæ, tam qui emancipati, quam qui adhuc in poteſtate ſunt: *l. fin. C. de lib. præter.* §. 5. *Inſt. de exher. lib.* Olim tantum filii qui in poteſtate erant, non filiæ, non ulteriores gradu, *in pr. Inſt eod.*

Etiam mater, & parentes materni liberos ſuos inſtituere debent, aut exheredare, *dd. ll.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Miles non: ſed ſi ſciverit ſe liberos habere, in eo ſufficit præteritio; ſi non; voluntas ejus omninò deficit, & inde teſtamentum ejus nullum eſt, *l.7.ff.l.9.C.de teſt.milit.*

Poſthumi propriè ſunt qui poſt mortem patris naſcuntur, *l. 3.* §. *1. ff. de injuſt. rupt. irr.* Quo modo tam in, quam extra doctrinam ſucceſſionum ſumuntur.

Impropriè (in doctrina ſucceſſionum tantum) ex Lege Velleja, qui ante mortem quidem teſtatoris naſcuntur; ſed reſpectu teſtamenti dicuntur poſthumi. 1. Qui poſt factum teſtamentum vivo teſtatore naſcitur ſuus, *l. 29.* §. *12. De lib. & poſt.* 2. Qui natus quidem eſt ante teſtamentum, ſed poſt illud factum mortuo priori inſtituto in locum ejus ſuccedendo fit ſuus, *d. l. 29.* §. *12. & ſeq.* 3. Natus poſt teſtamentum non tamen ſuus, ſed qui priori inſtituto defuncto in locum ſuccedendo fit ſuus; qui dicitur poſthumus Julianus, *d.l.29.*§.*15.*

Hi omnes poſthumi ſunt vel *ſui*, qui ſic nati erant ut ſui eſſe poſſent. Et quidem vel *verè*, quos in jure ſuitatis nemo antecedit; ut filius qui in poteſtate patris foret ſi ante ejus mortem fuiſſet natus. Vel *quaſi*; ut nepotes, qui nondum quidem revera ſunt ſui, ſed eſſe poſſunt, mortuo qui eos antecedit, §. *2. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* Vel ſunt *alieni*, qui nati inter ſuos heredes teſtatori futuri non ſunt; ut nepos ex filio emancipato, §. *26. Inſt. de legat.* §. *2. Inſt. de exher. lib.*

Sui poſthumi, ad ſuos heredes pertinent. Unde indiſtinctè, vel inſtitui debent, vel exheredari. Non item alieni, tanquam ad extraneos pertinentes, hodie tamen (ſecus quam olim inſtitui

ſtitui poſſunt, §. 1. *& ibi Dd. Inſtit. eod.*)

Extranei quippe omnes, qui nati non ſunt ſui, aut ſuorum jure non utuntur, præteriri poſſunt.

Exheredatio, ſive parentes, ſive liberi exhæredandi ſint, non permittitur niſi ex juſta cauſſa eaque nominatim expreſſa, *Nov.* 115.

Eæ ſunt in exheredatione liberorum.

1. *Si quis parentibus ſuis manus intulerit.* 2. *Aliamve gravem injuriam.* 3. *Si parentem in cauſſis criminalibus accuſaverit.* (*excipe quæ contra Principem vel Rempubl. ſunt.*) 4. *Si ut maleficus cum maleficis verſetur.* 5. *Si vitæ parentum inſidiari tentarit.* 6. *Si delator contra eos extiterit.* 7. *Si ſe miſcuerit novercæ aut concubinæ patris.* 8. *Si pro patre carceri incluſo noluerit fidejubere.* 9. *Si parentes teſtamentum facere prohibuerit.* 10. *Si ſit hiſtrio, & cum hiſtrionibus maneat.* (*niſi teſtator ſit ejuſdem conditionis.*) 11. *Si filia libidinosè vixerit ante annum xxvtum, &, ut ita vivat, conditionibus honeſtis à patre quæſitis conſentire noluerit.* 12. *Si liberi parentem furioſum neglexerint, & is ſanæ mentis poſtea factus teſtetur.* 13. *Si parentem captivum redimere neglexerint.* 14. *Si hæretici.*

In exheredatione parentum.

1. *Si vitæ liberorum inſidiati fuerint.* 2. *Si pater nurui aut concubinæ filii ſe miſcuerit.* 3. *Si liberos ſuos prohibuerint teſtari.* 4. *Si pater matrem interfecerit, aut mater patrem.* 5. *Si filium furioſum neglexerint.* 6. *Si captivum neglexerint redimere.* 7. *Si ſint hæretici.*

Heredum inſtituendorum numerus non lege, ſed arbitrio teſtatoris definitus eſt, §. 4. *Inſt. de hered. inſt.*

Inſtitui etiam poſſunt ſigillatim ignoti de

facie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

facie. Omninò ignoti, modò in conſequentiam alicujus corporis ſub quo contineantur, quale eſt collegium, Reſpublica, populus, &c. §. *fin. Inſt. eod. l. 26. ff. ad SC. Treb.* non tamen perſonæ incertæ, *l. 9. l. 62. §. 1. De hered. inſt.*

Modum inſtitutionis quod attinet, hæc conſideranda. I. Quod inſtitutio heredis debet eſſe libera, *l. 1. C. de SS. Eccl.* non coacta, non captatoria.

(*Captatoria, eſt mutuæ inſtitutionis captandæ cauſſa facta*; puta ſic, *Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum recitaverit, ex eâ parte ipſe mihi heres eſto, l. 70. l. 71. l. 81. §. 1. ff. eod.*

II. Quod poteſt eſſe, vel pura, vel mixta. Pura cum quis ſimpliciter inſtituitur heres, mixta cum adjectione diei, vel conditionis.

Ad puram pertinet Regula Catoniana, qua dicitur, *Inſtitutionem quæ inutilis futura fuiſſet, ſi teſtator teſtamenti facti tempore mortuus fuiſſet non valere, quandocunque teſtator deceſſerit: Scilicet ſi heres tempore facti teſtamenti heres eſſe non poteſt, teſtamentum non convaleſcit ex eo quod poſſit eſſe heres tempore mortis, l. 1. ff. de reg. Caton.*

Dies adjicitur vel certus, ita ut ex die certo, vel ad certum diem ſit heres; & pro non adjecto, & heres pro purè inſtituto habetur: *l. 34. ff. eod.* vel incertus, (*puta Titius cum capere poterit, heres eſto,*) & habetur pro conditione, & valet, tanquam, ex conditione facta, inſtitutio.

Conditio cum ſit vel poſſibilis, vel impoſſibilis; hæc adjecta pro non ſcriptâ habetur, §. 10. *Inſt. eod.*

Poſſibilis rectè adjicitur, *ibid.* eo effectu ut eâ exiſtente, effectum habeat inſtitutio, non

non exiſtente, res ad inteſtati cauſſam veniat, *l. 62.l.9. §.pen.ff.l.9. C. de her. inſt.* Idem eſt in inſtitutione ſub die incerto.

Adjici poſſunt vel una, vel plures conditiones; & hæc vel conjunctim, & omnes implere eſt neceſſe: vel disjunctim, & unam impleri ſufficit, *§.11.Inſt.eod.*

Extraneus ſub quavis conditione poſſibili heres inſtitui poteſt. Liberi neceſſario inſtituendi, vel exheredandi, ſub conditione tantum poteſtativa, *l. 4. De hered. inſtit. l. fin. De cond.inſt.*

III. Vel *unus* inſtitui poteſt, qui ſolus integram hereditatem occupat, & ex aſſe heres dicitur. Vel *plures*, & omnes dicuntur heredes, & ſucceſſores, etiam minima parte inſtitutus, non minus quam ex maxima. *Succeſſiones enim non æſtimantur ex bonis, ſed jure: & titulo quo in illis ſucceditur.*

Tot autem intelliguntur eſſe partes, quot ſunt perſonæ.

Dividit hereditatem vel *Lex*, in partes XII, ſingulæ dicuntur uncia: duæ, ſextans: tres, quadrans: quatuor, triens: quinque, quincunx: ſex, ſemis: ſeptem, ſeptunx: octo, bes: novem, dodrans: decem, decunx: undecim, deunx: duodecim, as, *§.5.Inſt.de hered. inſt.* Quæ diviſio ſemper certa: vel *homo* per inſtitutionem pro arbitrio ſuo, *d.§.5.& ſeqq.*

Si plures heredes ſunt inſtituti indefinite nullâ partium mentione factâ, hereditas dividitur partibus æqualibus, §.6.Inſt. eod.

Si omnes definitè; ita ut as juſtus ſit, res expedita eſt. Si ut aliquid deſit, pars quæ deeſt accreſcit pro rata ſcriptis heredibus: ſin quid redundat, pars redundans ex diverſo pro rata illis decreſcit, §. 7.eod.

Si

Si quidam definitè, quidam indefinitè ſcripti ſunt: tum ſi as juſtus eſt, indefinitè inſtituti ſemiſſem auferunt, altero ſemiſſe inter definitè inſtitutos dividendo,d.§.6. Si non eſt juſtus, ſed aliquid deeſt, tum id quod deeſt auferunt indefinitè inſtituti, & inter ſe dividunt æqualiter: Sin quid redundat: id quod dupondio deeſt auferunt, d.§.6. & §.8.l.13.per tot.ff.eod.

Heredis inſtitutio eſt vel *prima*, quæ propriè dicitur *inſtitutio*: Vel *ulterior*, quæ *ſubſtitutio*.

Subſtitutio eſt 1. *Directa*, facta in caſum deficientiæ.

Eaque vel *Vulgaris*, quæ fit cuivis heredi,& cujuſvis quidem ætatis, in hunc caſum, *ſi heres non erit,pr.Inſt.de vulg.ſub.*

Undè evaneſcit hereditate ab inſtituto aditâ,*l.5.C.de impub.ſubſt.*

Vel *Pupillaris*, quæ fit tantum liberis, *pr. Inſt.de pup.ſubſt.*

Vera quidem,liberis impuberibus in poteſtate conſtitutis, tam natis, quam poſthumis, tam exheredatis, quam inſtitutis,in hunc caſum: Si *heres erit, & intra pubertatis tempora deceſſerit.* Undè evaneſcere dicitur pubertate,*d. pr.l.14.ff.eod.l.§.4.Inſt.eod.* Ac de illa verum eſt quod dicitur. *In unum caſum inſtitutum intelligi ſubſtitutum in utrumque,l.4.C.de imp.ſub.*

Quaſi verò, (exemplaris dicta) liberis puberibus mente captis, quæ exſpirat protinus atque liberi ad ſanam mentem redierint, *l. 9. C.eod.§.1.Inſt.eod.*

Utraque fit,vel *ab una tantum parte*,ſi heredi ſubſtituitur qui non eſt coheres. Vel *reciprocè* ſubſtituitur cohæres,*l.36.§.1.ff.eod.*

Idque vel expreſsè, hoc modo: *Titius &*

Sejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Sejus heredes ſunto : Si Titius heres non erit, Sejus heres eſto : Si Sejus heres non erit, Titius heres eſto. Vel tacitè. *Titius & Sejus heredes ſunto, eoſque invicem ſubſtituo.* Vel partim expreſsè, partim tacitè. *Sejus & Titius heredes ſunto, uter eorum ſupervixerit.*

II. *Obliqua*; facta verbis precariis in locum heredis exiſtentis, cujus heredis fidei committitur ut hereditatem acquiſitam reſtituat alteri. Reſtitutus heres directus; cui reſtituitur fideicommiſſarius dicitur.

Fideicommiſſum, eſt ultima voluntas qua hereditas datur inſtituto ſub fide reſtituendi ſubſtituto. Eſtque vel totius hereditatis, vel partis.

Qui reſtituit, etiam reſtituta hereditate, manet heres, §. 3. *Inſt. de fideic. hered.* & ipſo jure omnes actiones, & jura in eum competunt.

Sed ex *SCto Trebelliano* transferuntur omnia in fideicommiſſarium, ut non directò quidem, ſed utiliter in eum competant, §. 4. *&* 7. *Inſt. eod.* vel omninò, ſi omnis; vel pro rata, ſi pars reſtituitur, §. 9. *Inſt. eod.*

Sin heres inſtitutus adire rogatus nolit, vel ex *SCto Pegaſiano*, quartam retinet, & eo caſu omnia onera ſuſtinet, *niſi ante reſtitutionem de onerib. ferendis ſit ſtipulatus:* vel ſi nihil velit retinere, nulla onera ſentiat, §. 5. *& ſeq. Inſt. eod.*

Teſtamentum aliud eſt *Civile*, Aliud *Prætorium*, quatenus ſcilicet actus ille vel ſecundum juris Civilis, vel ſecundum juris prætorii præſcriptum expeditur, §. 1. *& ſeqq. Inſt. de teſt. ord.* 2. Aliud *Paganum*, quod ſolenne, juſtum. Aliud *Militare*, quod minus ſolenne, *l.* 2. *De injuſt. rupt. &c.* 3. Aliud *Scriptum*, aliud

Nuncu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Nuncupativum, quod voce nuncupatur, *§. fin. Inſt. de teſt. ord.* quod tamen & ſolet in ſcripturam redigi, probationis cauſſa, *l. 4. De fid. inſtr.*

Et hoc quidem teſtamenti faciendi actionem ſpectat.

In actu teſtandi ſpectatur. I. *Teſtium adhibitio.*

Qui omnibus teſtamentis debent eſſe præſentes animo & corpore, intelligere quid agatur, ipſique teſtatorem videre, *l. 9. l. 12. C. de teſtam.* in pagano ad minimum ſeptem, plures, non pauciores, & quidem rogati, *l. 21. C. eod.* In militari ſufficiunt duo, *arg. l. 12. De teſtib.* etiam non rogati, mulier.

Alia militum in teſtamentis faciendis privilegia, *l. 2. De teſt. mil.* & in Inſt. ff. & C. eod. videre eſt.

In teſtamento peſtis tempore facto, ſi teſtator eâ non correptus quinque, *Bald. Iaſ. in l. fin. C. De teſtam.* ſi correptus duo teſtes ſufficiunt: etiam non rogati, item mulieres. *Gail. 2. obſ. 118. n. 18.*

Iſtis ſimilia ſunt facta ad pias cauſſas, *Bart. Bald. in l. 1. C. de SS. Eccl.* à ruſticis, *d. l. fin.* tempore belli; inter liberos, id eſt, in quo liberi heredes inſtituuntur, *d. l. 21. §. 1.*

II. *Solennitas.* Quæ eſt, ut fiat unico, & continuo contextu, *l. 21. l. 28. C. de teſtam.* (*hoc eſt ne intermiſceatur actus alienus, d. l. 28.*) ut omnes ad teſtandi actum adhibiti ſimul maneant donec ſuprema conteſtatio peragatur, *l. 8. C. eod.* ut fiat eodem tempore, *d. l. 21.*

In ſcripto teſtamento ſingulare eſt. I. Ut teſtes ipſi, vel alii eorum nomine ſubſcribant, *l. pen. ff. eod. d. l. 21. l. 22. §. 4. ff. qui teſt. fac.*

2. Subſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ſ. Subſignent ſuo, vel alieno annulo, etiam ipſius teſtatoris, *d.l.* 22. §. 2. *Sed ita, ut alienus ſit an teſtatoris, de eo in ſubſcriptione fiat mentio*, §. 5. *Inſt. de teſtam. l.* 12. *C. eod.*

Nomen heredis in teſtamento ſcripto ſcribi; in nuncupativo nuncupari debet.

Scribi verò poteſt in quacunque materia, §. 12. *Inſt. eod.* etiam pluribus codicibus, §. 13. *Inſt. eod*, literis plenis, ipſius teſtatoris, vel alterius manu; etiam in teſtium præſentia, ſi teſtator velit. Sin minus poteſt privatim ſuam voluntatem literis mandare, & deinde, convocatis ſeptem teſtibus, ſcripturam clauſam proferre, & dicere, hanc eſſe ſuam voluntatem, eique coram teſtibus ſubſcribere; vel ſi non poſſit ipſe, octavum teſtem advocare, qui ipſius nomine ſubſcribat, & alios rogare, ut hanc ſcripturam ſubſcribant, & ſubſignent, *d.l.* 21. *d.l.* 28. *C. eod.*

Cæco, *l.* 8. *C. qui teſt. fac.* ſurdo & muto, *l.* 10. *C. eod.* ex Impp. conſtitutionibus accuratius eſt teſtandum.

Publicatur teſtamentum, vel vivo teſtatore. Vel (& plerunque quidem) poſt ejus mortem, ut innoteſcat quatenus cujuſque interſit, *l.* 2. *l.* 18. *l.* 23. *C. de teſtam.* Vel (in ſcripto teſtamento) ut inſpiciatur, & deſcribatur.

Publicatio, herede extraneo inſtituto, olim ex Lege Julia, & Papia erat neceſſaria, quod ei ante apertas tabulas jus hereditatis adeundæ non eſſet, niſi eſſet ex aſſe heres, *l.* 1. §. *fin. De jur. & fact. ign.* hodie etiam clauſis tabulis, *l. un.* §. 1. *&* §. 5. *C. de caduc. toll.* neceſſaria non eſt, *l.* 3. *C. de jur. delib.* Ut tamen fiat, plerunque conſultius.

Expediri debet ſecundum morem civitatis

 in qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

in qua ſit apertura, *l.* 2. *C. quemad. teſt. aper.* ſolenni ordine, & ſervatis ex lege ſervandis, coram magiſtratu, *d.l.* 2. *l.* 4. 6. & 7. *ff. eod.*

Excepta ea parte quam teſtator vetuit aperiri, vel vetuiſſe intelligitur; ut ſubſtitutione pupillari, *l.* 8. *D. eod.* 2. Ea parte quæ tendit ad alterius ignominiam. 3. Deſcriptione diei & conſulis, *l.* 3. *C. eod.*

Petens ſibi aperiri teſtamentum, cavere debet ſe hoc non calumniæ cauſſa petere, d. l. 3.

Teſtamento ritè aperto ſolet heres mitti in poſſeſſionem rerum hereditariarum. Quæ miſſio olim fiebat ex Edicto D. Hadriani, ex quo erat annua; hodie ex Conſtit. Juſtiniani, ex qua eſt perpetua, *l. fin. C. de Edict. D. Hadr. toll.*

Teſtamentum contra jus factum ipſo jure nullum eſt, ideòque infirmari non poteſt. Infirmatur jure factum, *pr. Inſt. quib. mod. teſt. inf.*

Infirmatur teſtamentum. Et quidem communiter *jure ordinario*. 1. Cum *rumpitur*, h.e. cum infirmatur ex ipſo teſtamenti jure, teſtatore in eodem ſtatu manente, puta per vitium ſuperveniens, §. 1. *Inſt. eod.* Idque vel *agnatione* ſui heredis non inſtituti, vel ut oportet non exheredati. Vel *mutatione* teſtamento alio poſt prius æquè jure perfecto; non imperfecto, niſi alias jure ſuſtineatur, §. *pen. Inſt. eod.*

Adgnaſcitur proximus jure novo tantum adoptióne, §. 1. *Inſt. eod.* Olim præterea adgnatione poſthumi, in manum conveniendo, in locum heredis ſui ſuccedendo, manumiſſione, h.e. ſi filius ex prima ſecundave mancipatione manumiſſus reverſus eſſet in poteſtatem patriam. *Ulp. fragm. tit.* 23. §. *adgnaſcitur.*

II. Cum

II. Cum *fit irritum*, hoc eſt extra ipſius teſtamenti jus infirmatur eo quod vitium in perſonam ſuperveniens incurrit, §. 4. *Inſt. eod.*

Fit hoc. 1. Teſtatoris maximâ vel mediâ capitis diminutione: minimâ non niſi arrogatione, *d.* §. 4. *& ſeq.* 2. Si teſtatoris facto aliquid deleatur, inducatur, inſcribatur, ſuperſcribatur, &c. tum verò irrita tantum redditur pars ejuſmodi in qua aliquid factum eſt. 3. Si hereditas non capitur ex teſtamento. 4. Quaſi etiam irritum fit, cum is qui heres eſſe velit, ab hereditate arcetur, puta eam ut acquirere prohibeatur, vel ſi acquiſierit, ea ipſi auferatur, Idque vel quod eâ ſit indignus, vel ejus incapax.

Indignitatis cauſſæ ſunt. 1. Crimen prohibiti, aut extorti teſtamenti: 2. Inultæ mortis defuncti: *l.* 1. *l.* 7. *l.* 10. *C. de his quib. ut indign.* 3. Quo heres dixit per calumniam teſtamentum, in quo ex parte heres ſcriptus eſt, falſum eſſe, *l.* 2. *l.* 8. *C. eod.* 4. Inobedientia heredis non ſupplentis voluntatem defuncti, *l.* 5. *C. eod.* 5. Si patrefamilias per vim necato, de ſervis quæſtio non habita, nec noxii puniti ſunt, *l.* 3. *l.* 6. *C. eod.*

Incapax, hic, is dicitur, qui capax quidem erat cum inſtitueretur, ſed ex poſt facto incapax redditur. *Quod aliàs relicta incapaci tempore ſcripti teſtamenti, pro non ſcriptis habentur, l.* 3. *l.* 4. *ff. de his quæ pro non ſcript.*

II. *Iure extraordinario.* Et infirmatur ita per *querelam inofficioſi teſtamenti:* ad quam non venitur, niſi cum neutro ſupradictorum modorum teſtamentum infirmatur.

Eſt autem *inofficioſum teſtamentum* in quo certæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

certæ perſonæ immeritò exheredatæ videntur, *l. 2. 3. ff. de inof. teſt.*

Datur ejus querela contra heredes inſtitutos ſi adierint hereditatem, & non niſi exheredatis, *l. 8. §. 10. ff. l. 11. C. eod. l. 20. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Peculiariter infirmatur teſtamentum militare quatenus ultra annum miſſionis honeſtæ, vel cauſariæ, aut militiæ, vires non extendit, §. 3. *Inſt. de teſt. milit.* In ignominioſa miſſione protinus valere deſinit, *l. 26. ff. eod.*

Codicillaris ſucceſſio ex *Codicillo* eſt. Qui eſt ultima voluntas teſtati, vel inteſtati, imperfectior, & minus ſolennis.

Eſt ſimiliter vel *ſcriptus*, vel *nuncupatus*, vel *verus*, habens heredis inſtitutionem obliquam; hoc eſt fideicommiſſariam potius quam directam, §. 2. *Inſt. de Codicill.* Item qui teſtamentum imitatur, & eſt ejus vice factus ab inteſtato, *l. 16. ff. de jur. codicill.* coram quinque teſtibus, *l. fin. C. eod.* tam maribus, quam fœminis, rogatis, non rogatis. Vel *Quaſi:* qui accedit teſtamento.

Hic vel *teſtamentarius*, ut pars ſit teſtamenti, ejuſque appendix, quo ei quid additur, vel detrahitur, utroque verò modo declaratur, *l. 14. ff. eod. l. 3. §. 25. De SC. Sillan.* Vel *ſubſidiarius*, teſtamento inſertus, ut ſi id jure teſtamenti valere non poſſit, valeat jure Codicillorum. *Quæ clauſula Codicillaris potius dicitur, quam codicillus; Et omnibus teſtamentis à Notariis addi ſolet. Vid. l fin. C. eod. l. 13. §. filia. De vulg. & pup. ſub. l. 29. C. de fideic. &c.*

CAPUT LXXIV.

SUcceßioni legitimæ locus eſt cum defunctus eſt inteſtatus, ſive nullo, ſive infirmato teſtamento, *pr. Inſt. de hered. quæ ab. int. def.*

Eſt verò ea quæ eſt extra caſum ultimæ voluntatis.

Etque idem vel *perſonalis*; quæ fit in capita. Vel *repræſentalis*; quæ fit in ſtirpes.

Jus repræſentationis, quoad deſcendentes, eſt in infinitum: quoad collaterales, in primo duntaxat ſuccedentium gradu.

Succeßio legitima eſt. 1. *Naturalis*, quæ eſt ex jure ſanguinis, & proximitatis.

Et eſt vel *primaria*, quæ competit liberis in infinitum naturali mortalitatis ordine, §. 1. *Inſt. eod. Nov.* 118. *c.* 1. nulla in illis hodie ſuitatis, aut ſexus ratione habitâ, §. 15. *Inſt. eod. d. Nov.* 115. *c.* 1. & tam poſthumis, quam natis. Sed legitimi ſint, an illegitimi multum intereſt.

Legitimi & naturales ſimul, item legitimati ſuccedunt indiſtinctè, *Nov.* 12. *c.* 3. *Nov.* 117. *c.* 2. *l.* 5. *&* 10. *C. de nat. lib.* Illegitimi naturales ex concubinatu matri, & parentibus maternis, demum deficientibus liberis legitimis, & juſtâ uxore, & quidem tantum in partem ſextam, *Nov.* 89. *c.* 12. Spurii matri quidem, & parentibus maternis, *l.* 1. §. 2. *ff. ad SC. Tertyll.* §. *pen. Inſt. de SC. Orfic.* patri nullo modo ſuccedunt. Inceſtuoſi & adulterini ab omni omnino ſucceſſione arcentur, *d. Nov.* 89. *c. ult.*

Vel *ſecundaria*, quæ eſt turbato mortalitatis ordine, *l.* 15. *ff. de inoff. teſt.*

Competit. 1. Parentibus ſolis, ſi ſoli ſint, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

aut ſi una ſunt, ſimul cum iis fratribus, & ſororibus germanis, & quidem in capita, fratrum & ſororum liberis unà cum ipſis, in ſtirpes, *d. Nov.* 118. *c.* 2. *&* 3. *Nov.* 127. *c.* 1.

Parens proximior ulteriorem excludit. Si parentes plures ſint, pares quidem gradu, ſed numero diſpares, æqualiter ad bona defuncti admittuntur, diviſione in ſtirpes non in capita factâ, *d. Nov.* 118. *c.* 2.

Caſtrenſia & quaſi pater, cujus in poteſtate erat defunctus, ut ſua accipit, non tanquam rem filii. In adventitia pater, mater, & fratres pro virilibus admittuntur pleno jure, nullo patri reſervato uſufructu, *ex conſt. Iuſtin. in d. Nov.* 118.

2. Germani fratres & ſorores ſi ſoli ſint, ſoli ſuccedunt, excluſis uterinis, & conſanguineis. Qui admittuntur deficientibus omnibus germanis eorumque liberis, *d. Nov.* 118. *cap.* 3.

Adoptivi fratres ſi in poteſtatem patris adoptantis venerint, perinde ſuccedunt ut legitimi, & naturales, §. 14. *Inſt. de her. quæ ab. int.* Naturales & ſpurii, iis qui ex lineâ materna ſunt, non paterna, *d. Nov.* 89. *c. fin.*

3. His etiam deficientibus devenitur ad cæteros collaterales, ſemper graduum prærogativâ ſervatâ, in capita, non habitâ ratione juris repræſentationis, ſi intra gradum decimum ſint, non ultra, §. *fin. Inſt. eod. d. Nov.* 118. *c.* 3.

II. *Civilis*, quæ eſt ex juris civilis aliquo titulo, habetque locum deficiente naturali.

Talis eſt. 1. *Patroni* (ex lege XII Tabb. à Juſtiniano in uſum revocatâ) in bonis liberti liberos aut parentes non habentis, & centum

aureos in bonis relinquentis, *tit. Inſt. de ſucceſſ. libert.*

II. *Conjugis* in bona conjugis.

III. *Conſortium*, hoc eſt, collegarum in bona collegæ, ſine liberis, parentibus, agnatis & cognatis morientis, *l. 4. C. de hered. decur. l. un. C. de bon. decur.*

IV. Poſt hos omnes *fiſcus* quaſi in ſubſidium ſuccedit, qui bona hæreditaria occupat ut vacantia, *l. 1. & pen. C. De bon. vacant.*

In bonis damnatorum olim habebat jus præ cognatis, hodie cognatis relinquuntur uſque ad gradum tertium; ſi intra hunc damnatis nulli ſunt, fiſcus ea occupat. quod in crimine læſæ Majeſtatis eſt ſtrictius, *qua de re ſup.*

De ſucceſſione univerſali prætoria.

CAPUT LXXV.

S*Ucceſſio prætoria*, autoritate judicis introducta, non dominium, (quod ſolum jus civile tribuit) nec hereditatem, ſed bonorum poſſeſſionem tribuit, & dominium tantum ac hereditatem prætoriam. (nam & Bonorum poſſeſſio hereditatis nomine continetur, *l. 138. De V. S.*)

Sed jure prætorio bonorum poſſeſſio idem nobis acquirit, quod jus adeundi hereditatem tribuit Jure Civili.

Bonorum poſſeſſio, eſt jus perſequendi retinendique patrimonii, ſive rei, quæ cujuſque cum moreretur fuit, *l. 3. §. 2. De bon. poſſ.*

Nempe duo tribuit. 1. Perſecutionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

2. Retentionem; utrumque Prætoris auctoritate.

Sed perſecutionem ejus quod ab alio poſſidetur: & perſequitur actionibus prætoriis utilibus ſive extraordinariis; quæ in effectu eædem ſunt cum hereditatis petitione, *l.* 2. *ff. de poſſ. hered. petit.*

Retentionem ejus cujus poſſeſſionem ex bonis defuncti propter jus vel teſtamento datum, vel ab inteſtato delatum nactus eſt, ut non poſſideat tantum, ſed poſſideat Prætore autore.

Datur ſcilicet Bonorum poſſeſſio, vel *cum re*; poſſeſſione etiam ipſa bonorum datâ vel confirmata. Vel *ſine re*, non tantum cum bona quorum poſſeſſio data eſt, rurſus adimuntur, quia in illis nihil ſibi juris vindicare poteſt: ſed cum bonorum poſſeſſio (quæ ad jus, & animum maximè refertur) datur ſine corporali rerum poſſeſſione, ſed jus poſſeſſionem illam ab alio vindicandi.

Datur bonorum poſſeſſio. I. vel protinus ubi petita eſt, ſine prævia cauſſæ cognitione, ad narrationem, quæ tale factum contineat, ut ex eo jus ſucceſſionis ſequatur. Et dicitur *Edictalis*, competens ex Edicto Prætoris de jure ſuccedendi facto, *l.* 30. §. 1. *ff. de acquir. hered.*

Eſtque vel *Ordinaria*, quæ defertur ex certa parte Edicti Prætoris facti ſecundum æquitatem.

Et vel ex *teſtamento*. Sive *ſecundum tabulas* teſtamenti, omnibus jure ſcriptis aut nuncupatis heredibus, ſuis ſive extraneis, (quæ neceſſaria quidem non eſt; quia heres, licet eam non petat, acquirit hereditatem, quæ omne

jus

jus ei tribuit quod ex bonorum poſſeſſione habere poſſit; in eo tamen uſum habet quod jus civile confirmet. *Quia juſtius poſsidere videtur qui prætore autore poſsidet.) tot. tit. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.*

Sive *contra tabulas*, 1. Datur præteritis liberis naturalibus ſuis, & emancipatis, nec in adoptionem datis, & poſthumis natis, qui ſui juris futuri erant, & adoptivis, non emancipatis, reſcindendarum earum tabularum cauſſa, *tit. ff. de bon. poſſ. cont. tab.*

Hæc reſcindit legata, & fideicommiſſa; niſi parentibus, aut liberis, vel uxori, aut nurui dotis nomine ſint relicta. Quibus ex hoc Edicto præſtantur, vel à præteritis ipſis, ſi non ſunt ſui, actionibus utilibus; vel ab inſtitutis etiam ſuis, quibus commiſſum eſt Edictum, ſalvâ Falcidiâ.

Liberis emancipatis conceſſa bonorum poſſeſſione contra tabulas, jubet Prætor conferre bona tam propria, quam ea quæ in dotem data ſunt, *tit. ff de coll. bon. & coll. dot.*

2. *Contra tabulas* liberti patrono. Quæ datur tantum contra heredem ſcriptum, & tantum in partem legibus datam verecundiæ patronali, partiendæ hereditatis liberti cum extraneo, aut eo omittente in aſſem, *tit. C. de bon. poſſ. cont. tab. lib.*

Bonorum hæc poſſeſſio neceſſaria eſt iis qui jure civili non muniti ad hereditatem adſpirare non poſſunt, ut olim emancipatis. Non quidem neceſſaria, ſed utilis liberis ſuis præteritis. Quia teſtamentum quidem ipſo jure nullum eſt. Sed ſi ſignatum fuerit ſeptem teſtibus, poteſt heres ſcriptus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, cui contraria petitione contra tabulas filius præteritus rectè occurret.

Vel *ab inteſtato*, aut ſcilicet nullo, aut tali facto teſtamento, quod ne quidem Jure prætorio ſuſtineatur: defertur *Liberis:* Deinde *Legitimis:* poſt *Cognatis:* Demum *Conjugibus, ſing. tit. ff. & C.*

Quatuor iſtas, quarum prima *decem perſonis* deferebatur. 2. Tanquam *ex familia*. 3. *Patrono patronæque, liberis eorum & parentibus*. 4. *Cognatis manumiſſoris*, Juſtinianus abolevit, §. 4. *Inſt. de bon. poſſ.*

Vel *extraordinaria*, quæ extra ſucceſſoriæ diſpoſitionis ordinem defertur in ſubſidium ſpecialis alicujus legis, SCti, vel Conſtitutionis ex novo jure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, vaga & nulla certa Edicti parte ſtabilita, *tit. ff. ut ex leg. SC. bon. poſſ.*

II. *Ex decreto Prætoris* prævià cauſſæ cognitione, non tam ut ſuccedat defuncto, qui eam accipit, quam ut interim, dum quid fiat, poſſideat. Quæ *Decretalis*, dicitur, *l. 1. §. 7. De ſucc. edict. l. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poſſ.* Tales ſunt.

1. *Carboniana*, quæ datur impuberi cui controverſia ſtatus movetur, donec controverſia finiatur. Puberi non datur, ſed impuberi data non evaneſcit pubertate, *tit. ff. & C. de Carbon. edict.*

2. *Ventris nomine*, mulieri prægnanti in bonis mariti, in quibus ſecundum dignitatem ſuam ſibi, & familiæ ſuæ alimenta conſtituantur, *tit. ff. de vent. in poſſ. mitt.*

3. *Litis agnoſcendæ cauſſa*, data ad hoc ut inſtitui, & ordinari poſſit judicium.

Petenda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Petenda bonorum poſſeſſio à parentibus, & liberis intra annum, à cæteris intra dies centum, à die quo eam ſibi competere poſſe ſciverunt, §. 4. *&* 6. *Inſt. eod. l.* 2. *&* 5. *C. qui adm. ad bon. poſſ.* Iſtis elapſis non admittuntur.

Si is cui competebat eam repudiavit, jus id devolvitur protinus ad proximum, §. 4. *&* 5. *Inſt. eod.* aut pars repudiata accreſcit alteri qui cum ipſo eodem in gradu erat, *l. un. C. quan. non pet. part. pet. ader.* Quo etiam pertinet Edictum ſucceſſorium, *de quo ante.*

De ſucceſſione ſingulari.

CAPUT LXXVI.

S*Ucceſſio ſingularis*, eſt dominii rerum, ſingulari titulo, facta acquiſitio.

Eſt vel *oneroſa*, rei redemptione, e. g. emtoris, mariti qui dotem accipit. Vel *lucrativa*, ex dantis liberalitate.

Hæc vel *inter vivos*, & *Donatio* dicitur. Vel *Pura* ex nulla cauſſa, ſed purâ liberalitate, eâ mente ut donator nullo caſu rem donatam ad ſe reverti velit, *pr. Inſt. de donat.*

Poteſt tamen revocari. 1. Ob donatarii ingratitudinem, §. 2. *Inſt. l.* 1. 7. *&* 9. *C. eod.* 2. Liberorum ſupervenientiam, *l.* 8. *C. de rev. don.* non ſolam donatoris pœnitentiam. *Sich. ad l.* 9. *C. de don. ant. nupt.*

Ultra 500 ſolidos ſi fiat, inſinuanda eſt, *l.* 35. *&* *ſeq. C. de donat.* alias quod excedit habetur pro non donato, niſi ſit facta à Principe, *l.* 34. *C. eod.*

Vel *conditionalis*, ob cauſſam aliquam cum liberalitate conjunctam, facta, e. g. donatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

propter nuptias, vel ſub alia quavis conditione.

Vel *mortis cauſſa*. Eſtque I. *donatio mortis cauſſa* in ſpecie dicta, quæ fit cogitatione mortis alicui præſenti, & conſentienti, ſive à jam morituro, ſive adhuc firmo; tamen mortis cogitatione. Poteſt revocari, nec ſortitur effectum niſi morte donantis ſecutâ, *pr. Inſt. eod.*

II. *Legatum* (ſub quo etiam *fideicomiſſum ſingulare, utpote quod per omnia legatis æquatum, l. 1. De legat.* 1.) quod hodie eſt liberalitas in aliquem collata qualicunque ultimâ voluntate, §. 1. *Inſt. eod.*

Legari & fideicommitti poteſt tam teſtamento, (*puta ſolenni*) quam ab inteſtato (*hoc eſt, citra ſolenne teſtamentum, puta codicillis*) ab omnibus qui de bonis ſuis liberè poſſunt diſponere, & quidem omnibus qui ex teſtamento, vel alia quavis ultima voluntate, capere poſſunt. Item eædem res de quibus diſponere poſſunt, & quæ in commercio ſunt, etiam alienæ.

Quæ ſi heredis ſint, omnimodo præſtari debent. Sin alterius; vel ipſæ, ſi redimi poſſunt; ſin minus, earum æſtimatio. Si quidem teſtator rem ſciverit eſſe alienam. Et legatam rem ſuam, vel alienam poſteriore voluntate non revocaverit, ſing. tit. ff. & C.

Dubia circa legata incidentia ex præſumpta voluntate, & verbis rerumque circumſtantiis interpretationem accipiunt, tit. De reb. dub.

Legatis inſeritur. I. *Cauſſa:* Hoc eſt ſive ratio legandi collata in præteritum, interdum nota, ſive & definitio certæ quantitatis legatæ, certive corporis. *Neutra; etſi falſa ſit, lega-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

tum, aut fideicommiſſum perimit, tit. C. de falſ. cauſ. ad. leg.

I I. *Modus*; eſt finis, aut cauſſa legandi, collata in futurum.

Quæ ſi ſit impoßibilis, legato nihil nocet: Si poſſibilis, agentem de legato protinus admittit, ſed oblata cautione, tit. C. de his quæ ſub mod. leg.

I I I. *Conditio*, eſt cauſſa appoſita legato, qua exiſtente debetur non exiſtente, perimitur; ſuſpensâ, ſuſpenditur legatum.

Si impoßibilis eſt; non perimit legatum. Si poſſibilis etſi aliquando non exiſtat, non perimit legatum, ſi ſit ex his quæ remittuntur, tit. C. de cont. inc. tam leg. quam fideic.

Ex remißis erat, ex conſtitutione Juſtiniani *nobilißima conditio viduitatis, ſive mari, ſive fœminæ impoſita, per ſit de indicta viduitate, & lege Julia Miſcella tollend. Et poſtea per* Nov. XXII *iis exempta, Cujac. par. C. eod.*

Legati, aut fideicommiſſi petitio in heredem ita demum tranſmittitur, ſi ejus dies ceſſerit. Cedit is à morte teſtatoris, ſi purum, aut in diem certum ſit relictum: Si conditionale, à die impletæ conditionis. *quando dies legati, vel fideicommißi cedat.*

Ab aditione hereditatis tamen cedunt legata uſus, uſusfructus, habitatio regata libertas, vel legato additæ aliaque, Cujac. par. eod.

Herede legata protinus non præſtante, rogatu legatariorum, vel fideicommiſſariorum jubetur de iis, idq; datis fidejuſſoribus, cavere, *tit. ff. ut legat. & fideicommiſſ. ſerv. cauſſ.* etiam ante ceſſam legati, vel fideicommiſſi diem; modò de relicto utroque conſtet, nec remiſſa ſit ſatiſdatio. *Cujac. par. eod.*

Legata adimi poſſunt, vel *à legante*, ſi ea ademe-

ademerit eo modo quo dedit: hoc eſt, hodie quavis ultima voluntate.

Vel à lege; ſive cum Lex omnino non vult ea præſtari, *puta facta caduca*; aut ſi quis ſe legato fecerit indignum. Sive ea minuat. Ut lege Falcidia.

Quâ cum antea univerſam hereditatem exhaurire legatis fas eſſet, cautum, ut id non liceret, & delibari quidem poſſet, ſed non ultra dodrantem, hoc eſt novem uncias onerari, *l. 1. ff. ad l. Falcid.*

Quod ipſum poſtea SC. Pegaſiano ad fideicommiſſa relicta teſtamento, conſtitutione D. Pii ad relicta ab inteſtato, ex conſtitutione D. Severi ad donationes mortis cauſsâ tranſlatum, *l. 1. 2. & ff. de don. mort. cauſſ.*

Sunt tamen legata integra prȩſtanda. 1. Hereditate ſine inventario ab herede acquiſitâ, *l. fin. C. de jur. delib.* 2. Si teſtator eam vetuerit detrahi. *Nov.* 1. 3. Si heres poſt judicis decretum intra anni ſpatium defuncti voluntatem non impleverit, *d. Nov.* 1. 4. Si quædam legata integra aliis ſolverit, *l. 1. & 9. C. ad l. Falc.* 5. Si miles legaverit, *l. 7. C. eod.* 6. Si ad pias cauſſas ſit legatum. *Auth. ſimiliter. C. eod. Quæ in herede extraneo ſemper vera ſunt, in ſuo non item.*

Quantitas patrimonii quoad Falcidiam ſpectatur tempore mortis, detracto ære alieno, *l. 6. C. eod.*

Pactum ſucceſſorium, eſt ultima quædam voluntas, quâ duo, pluresve in ſuorum alterutrius ſucceſſionem conſentiunt.

Regulariter tale pactum non valet, ſi fiat de alterius viventis hereditate: Valet ſi conſenſus illius accedat, præſertim illis paciſcentibus qui ab inte- ſtato

ſtato etiam heredes futuri erant, l. fin. C. de pact. Si ſint alii, illi quidem non habebunt hereditatem, bona tamen illis nihilominus deferuntur, ut legatum ſive fideicommiſſum, ita ſaltem jure Codicilli vel donationis ab inteſtato validum.

De jure accreſcendi.

CAPUT LXXVII.

JUs accreſcendi, eſt quo pars vacans cedit parti occupatæ.

In eo conſiderandum 1. *Totum*, quod eſt res ipſa in qua partes fiunt. 2. *Partes*, quæ in ea re fiunt ex perſonarum in eandem illam rem concurſu, ut quot ſunt perſonæ totidem etiam fiant rei partes.

Conjunguntur autem perſonæ in toto. Vel *verbis tantum* cum cuique in eo ſua certa adſignatur portio; puta *Titio & Sejo æquis partibus fundum Cornelianum do, lego.* Vel *re tantum*; cum duobus ſeparatim res eadem datur; *Ut Titio fundum Cornelianum do, lego: Sejo fundum Cornelianum do, lego.* Vel *re & verbis ſimul*, ut, *Titio & Sejo fundum Cornelianum do, lego.*

In conjunctione quæ fit verbis tantum, alterâ parte non occupatâ, locum habet jus accreſcendi, quo pars vacans accreſcit occupanti. Similiterque in conjunctione miſta. In reali ſola potius habet locum jus non decreſcendi.

De

De dominii amiſſione.

CAPUT LXXVIII.

D*Ominium amittitur.* I. *Voluntate domini*, illis modis quibus ab alio in alium transfertur.

Eâque vel *verâ*, traditione & ſucceſſione, quæ fit ex ultima voluntate. Vel *præſumptâ*, in præſcriptionibus, & cum dominus rem habet pro derelicto.

II. *Sine eâ*; & quidem, vel *contra ejus* voluntatem, quæ fit bonorum publicatione. Vel *præter illam*, quod fit morte; & conſequenter ſucceſſione ab inteſtato.

Finis libri primi.

JOAN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

JOAN. ARN. CORVINI JC.
JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ CONTRACTÆ

LIB. II.

Qui eſt

DE JURE RELATO.

De judicio ejuſque perſonis.

CAPUT I.

IUdicium, eſt legitima rei controverſæ apud judicem tractatio.

Cujus conſiderandæ 1. *Partes*. 2. *Species*. *Partes* ſunt. 1. *Perſonæ*. 2. *Quæſtio*.

Perſonæ ſunt 1. *Principales*, quæ ſi non ſunt, judicium eſſe non poteſt.

Suntque 1. *Iudex*, qui judicio præeſt; dictus quaſi jus dicens.

Eſt vel *Ordinarius*, jure Magiſtratus quem gerit, ſecundum modum ſuæ juriſdictionis, judicans. Aut *de jure*, ſtatuendo quid juris ſit. (Quod cum facit, jus dicit, quod ordinarii eſt proprium.) Aut *de facto*; de facto in judicium deducto cognoſcendo, & de eo pronuntiando, *l*. 79. §. 1. *De jud.* Quod eſt judicare, & ordinario cum extraordinario commune.

Qui Iudex ordinarius ſuſpecti ſi arguatur, removeri non debet, ſed alius ei adjungi, *l*. 16. *& Auth. ſi verò contigerit. C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Vel *Extraordinarius*, qui judicandi poteſtatem habet ex voluntate hominis, qui eam dare poteſt, *l. pen. ff. eod.*

Is eſt 1 perſona publica, hoc eſt, 1. *Magiſtratus, l. 3. C. de juriſd.* Hic enim eſt de quo dicitur à Paulo JCto, *in l. 12. §. 1. De jud. judicem dare poſſe eos quibus hoc lege, SCto, vel conſtitutione conceditur*, & Ulp. *in l. 13. De juriſd.* ait *eum qui judicare jubet, magiſtratum eſſe debere.*

Judex ita datus pedaneus dicitur; & definitur judex ſecũdum ſuam juriſdictionem cauſſę alicujus ſpecialis ſive plurium notioni additus. Hinc & datus dicitur, *l. 46. ff. de jud. Pedan.*

2. Ipſi litigantes, qui ex conventione judicem eligere poſſunt. Is *Arbiter* dicitur, & cum ex compromiſſo ſumatur (*compromiſſarius*, *l. 41. De recep. arb.* & definitur, judex ex partium compromiſſo cognoſcens.

Pedaneus judex, & ipſe etiam non rarò arbiter dicitur, l. 24. ff. depoſ. coll. cum l. 54. ff. locat. *cum aliàs judex ab arbitro diſtinguatur*, l. 9. l. 15. ff. de re jud.

Compromiſſarii judicis poteſtas amplior eſt quam dati à magiſtratu, cum hic non niſi ex formula, ille ſine eâ pro arbitrio judicet.

Ab arbitro alius eſt *arbitrator*, qui jus merum, & nudum factum, ſine ulla juris à Prætore vel alio quopiam præſcriptâ formula, ſequitur, ut, ad tranſactorem magis, quam ad judicem, accedere videatur.

Differt potiſſimum ab arbitro quod hic eligatur ut coram eo procedatur obſervato juris ordinario proceſſu, arbitrator verò ſine forma judicii jus dicit. *Gail. 1. obſ. 150. n. 4.*

Iudicis extraordinarii omnes ſunt ſpeciales ad certarum cauſſarum in ſpecie cognitionem aſſumpti:

aſſumpti: *Ordinarii* generales, hoc eſt, habent in genere jus dicendi, & judicandi poteſtatem, eo ipſo quod magiſtratus ſunt; ut ita quod in genere habent, ſi caſus incidat, accommodent ad ſpeciem.

II. *Perſonæ litigantes*, ad minimum duæ. *Actor*, & *Reus*. Interdum plures, vel ex unâ, vel ex utraque parte; utrique conſortes litis dicuntur.

Actor eſt, qui ad judicium contra Reum provocat, *l. 13. De jud.*

Agere, vel accuſare nemo invitus compellitur; *l. un. C. ut nem. invit.* à lite inceptâ deſiſtere ipſi impunè non licet, niſi Reo conſentiente.

Reus eſt qui ab actore provocatur, ut cum eo agatur. In quem etiam invitum judicium exponitur, *l. 83. §. 1. ff. de V. O.*

Reus in omni judicio eſſe debet, ſive abſens, ſive præſens ſit. Actoris partes aliquando ſupplet Magiſtratus; ſcilicet in criminalibus.

Rei partes ſunt favorabiliores quoad cauſſæ merita, & probationes eorum, l. 125. De R. I. ſed quoad proceſſum judiciarium ordinandum deteriores.

Actor tenetur ſequi forum rei, *l. fin. C. ubi in rem. act.* Forum autem quis ſortitur, vel ratione loci contractus, *l. 19. §. fin. De jud. Socin. reg. 204.* ſi ſcilicet ibi inveniatur: *Gail. 2. obſ. 36. n. 14.* Vel delicti: *l. 1. & Auth. Qua in provincia. C. ubi de crim. agi op.* Vel domicilii: *d. l. 19. § fin.* Vel rei petitæ, *l. fin. C. ubi in rem act.*

Eſt tamen in actoris arbitrio, his omnibus concurrentibus, eligere ubi Reum convenire velit. *ſic Panor. in C. fin. ſuper Gl. tertia. de for. compet. & in c. dilecti. eod.*

II. *Minus*

II. *Minus principales*, quæ accedunt commodius explicandi judicii cauſſa.

Vel ad judicem, Vt. 1. *Aſſeſſores*; qui ſunt JCti in judicio rectè cognoſcendæ, & judicandæ cauſſæ gratiâ adſidentes, *l.* 1. *l fin. De off. Adſeſſ.* Quos juris peritos eſſe oportet, *l.* 1. *ff. l.* 1. *C. eod.* cum non tantum ob dolum, ſed & ob imperitiam teneantur, ſi malè ſit judicatum, *l.* 2. *ff. quod quiſq. jur.* 2. *Tabelliones*, qui ſunt Scribæ, hodie Secretarios & Notarios vocant. 3. *Viatores*, judiciorum nuncii.

Vel ad *litigantes*. 1. Intervenientes, qui cauſſam ab initio quidem in controverſiam non deduxerunt, ſed poſtea pro ſuo intereſſe ſe interponunt. Vel *ſponte*, qui vel alterutri, vel neutri litigantium adſiſtunt. *Intervenientes* dicuntur. Utrique cauſſam tractant in eodem ſtatu quo eam inveniunt. Vel *inviti*, ad alterutrius partis petitionem à judice ad id vocati. Quibus cum lis ita denuncietur, denunciati dicuntur. 2. *Advocati*, & *Procuratores* patrocinando.

Advocati, ſunt patroni cauſſarum, litigatores conſiliis ſuis juvando, & merita cauſſæ pandendo, *l.* 14. *C. de advoc. diverſ. judicior.*

Eorum officium publicum eſt & honorabile, d. l. 14. l. 1. l. 4. C. de adv. div. judicum. *Quod, niſi cauſſa ſubſit, petentibus communicare cogi poſſunt*, l. 1. §. 4. ff. l. 7. C. de poſtul. *& gratis quidem pauperibus, Idque ſub pœna pecuniaria, quin & remotionis ab officio*, d. l. 7. Gail. 2. obſ. 43. n. 11.

Procuratores, ſunt patroni alienam litem ex mandato domini proſequentes, *l.* 1. *De procur.* Dicuntur ſpeciatim procuratores ad litem, *l.* 86. *De ſolut.* vel actionem; *l.* 13. *De pact.* Quibus opponuntur negotiorum procuratores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ab univerſitate conſtituti *Syndici* dicuntur, l. 3. §. 1. *ff. quod cujuſq. univ. nom.* à Tutoribus dati *Actores*. §. *fin. Inſt. de curat.* Eorum officium vile eſt, *l.* 34. *& ibi Gl. C. de decur. lib.* 10. fidele tamen eſſe debet.

Advocati & Procuratores ſunt actorum, & reorum: verum qui patrocinium Reo accommodavit, Actori illud accommodare non conceditur, & viciſſim.

De quæſtione facti; ubi de probationibus.

CAPUT II.

Quæſtio eſt res controverſa in judicium deducta. Eſt vel *Facti*, vel *Iuris*.

Facti, quæ eſt de facto in judicium deducto, *l.* 1. §. 9. *ff. ad l. Falcid.* Eſtque prima, *arg. l.* 24. *De teſtam. milit.* Undè JCtus ait *ex facto jus oriri, l.* 52. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* Id eſt, facto jus in genere ſcriptum in ſpecie accommodatur.

De eo quæritur, an & quale ſit. Hoc ex circumſtantiis perſonarum, locorum, temporum intelligitur, *l.* 34. §. 8. *ff. de jurejur. l.* 72. §. 1. *De jud.*

Utrumque conſtat. 1. *Ex rei notoreitate*, cum omnibus conſtat quibus conſtare potuit. *Panorm. in c. porro. n.* 4. *de divort.* 2. *Ex probationibus*, hoc eſt demonſtratione per argumenta.

Quæ eſt vel 1. *Præſumptiva*, quæ factum ejuſque qualitatem ex alio demonſtrat.

Eſt autem *Præſumptio*. Vel 1. *Ex cauſſa* effectum, & viciſſim effectum ex cauſſa arguens. Vulgò dicitur *juris & de jure*, contra quam non admittitur probatio. *Maſc. de probat.* 1. *vol. q.* 10. *n.* 49. *E. g. ſi actio eſt præſumitur eſſe obligationem; quod cauſſa illa ad effectum propriè ſit deſtinata.*

Inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Interdum cauſſa quidem propriè, & principaliter non eſt deſtinata ad effectum ipſum; ſed tamen in conſequentiam quatenus cum ex eâ Reus abſolvatur vel condemnetur, factum in judicium deductum præſumitur ejuſmodi eſſe vel non eſſe: Hæc præſumptionis veræ ſpecies dicitur *Iuramentum litis deciſorium*.

Eſt autem. 1. *Conventionale* ſeu *voluntarium*, parti à parte in judicio delatum.

Quod delatum præſtandum eſt aut referendum. Si neutrum is cui delatum eſt faciat; ſecundum eum qui detulit pronuntiatur; l. 38 ff. l. 9. C. eod. *niſi ejus recuſandi juſtam cauſſam habeat*. vid. l. 16. l. 17. §. 1. §. fin. l. 18. l. 26. l. 34. §. 1. 2. 8. l. 30. l. 35. ff. eod.

2. *Neceſſarium*, id ſcilicet quod delato relatum eſt. 3. *Iudiciale* alterutri parti litigantium à judice, prout ipſi videbitur, delatum.

Voluntarium & *Neceſſarium omnem omninò litem ſimpliciter decidit, facitque ut id de quo juratum eſt, juris autoritate factum cenſeatur, etſi fortè vere juratum non ſit*, §. 11. Inſt. de action. *Iudiciale decidit litem, cauſſæ veritate in ſuſpenſo manente, ut repertis novis inſtrumentis, ſi quis iis ſolis ſe acturum dicat, cauſſa de novo agatur*, l. 31. ff. eod. *Quia delatum erat in ſupplementum probationis ſemiplenæ, ſine qua deferri non debet (undè & ſuppletorium dicitur,)* l. 3. C. eod. Mynſ. 2. obſ. 68. *ut nec ſi veriſimile ſit partem pejeraturam*. Marſil. ſing. 74. Mynſ. d. obſ. 68.

Non habet locum in criminalibus. Gail. 1. obſ. 108. n. 12. *aliiſve cauſis arduis*, Menoch. lib. 2. de arb. jud. qu. caſ. 464. n. 4. *Niſi in iis plus quam ſemiplenè ſit probatum*. Carcer. deciſ. Pedem. 99. n. 30.

Conven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Conventionale in omnibus, ſine diſtinctione.

II. Præſumptio eſt ex Adjuncto, idque vel *Iuris*, cum aliquibus poſitis veroſimiliter ſequitur id quod contendimus jure confirmatum. *Men. lib. 1. præſ. q. 4. n. 1. e. g. ex chirographo cancellato probatur ſolutio, l. 24. De probat.* Vel *Hominis* ex circumſtantia aliqua probabiliter deſumptâ, nullo jure confirmata. *Men. d. lib. 1. q. 5. n. 6. Sic præſumitur cædem feciſſe inventus cum gladio ſanguine conſperſo.* Huc pertinent indicia, conjecturæ, & rumores vulgi, ſive fama.

Præſumptionum ex adjuncto uſus per ſe non eſt tantus; concurrentia cum probationibus aliis eas reddit fortiores.

In criminalibus cauſſis, quoad pœnam infligendam, ut & aliarum præſumptionum, omninò nullus (utpote in quibus probationes facti requiruntur luce meridianâ clariores, l. fin. C. de probat.) *In civilibus, præſumptionibus ex cauſſa probatur omnimodo, & ex iis licet aliæ probationes deficiant, judex poteſt judicare.*

Fama in antiquis plene probat his concurrentibus. 1. Ut teſtes, etiam non rogati, reddant dicti ſui rationem. *Inn. in c. cum oporteat. de accuſ.* 2. Deponant ſe audiviſſe à majore parte populi, ſæpius. *Bart. in l. 3. §. ejuſdem. De teſtib.* 3. Atteſtentur de facto ſuo, *quia non ſufficit ut deponant per verbum impersonale ita publicè dici. Bart. in l. Labeo. De ſupp. leg.* 4. Nominent eos à quibus dici audiverint. *Alex. conſ. 3. vol. 4.* 5. Sint optimæ conditionis & famæ. *Angel. in l. 2. §. diem ff. quemad. teſt. aper.*

Vel. II. *Eſt vera Probatio* ad factum ipſum demonſtrandum directa. Eſtque; *partis confeſſio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ſio. Quæ ipſi quidem confitenti præjudicat, non alii, *l.7. C.de prob.c.1.ubi Gl. & Dd. de confeſſ.* Non veriſimilis, ne confitenti quidem nocet. *Gramm.deciſ.Neap.2.n.41.*

Eſt ea vel *ſpontanea*, vel *extorta*. Utraque locum habet in criminalibus: hæc in civilibus jure Juſtinianeo rarius, *l.9.l.15.C.de quæſt.* hodie nunquam. *Diaz.reg.764.*

Utraque eſt vel *Iudicialis*. Facta in judicio: *Et tum, ſi ſpontanea eſt, verum eſt quod dicitur, Confeßionem eſſe probationem probatam, nec ullam eâ eſſe majorem*, l.13. C.de non num. pec. Bald. in rubr. C. de prob. *Extorta ſæpe fallax eſt.* l.1. §.23. De quæſt. Vel *Extrajudicialis*. Quæ facile revocari poteſt, *Socin.reg. 90. & 91.* Nec tantam vim habet quantam judicialis. Tamen, ſemiplenam facit probationem parte abſente, *Duen. reg.* 120. plenam præſente. *Duen. reg.* 119.

Jurata confeſſio quomodocunque facta plenè probat. *Bart.in l.37.§.5. De legat.3.* Geminata, extra judicium facta, vim habet judicialis. *Ioſeph.Lud.deciſ.Peru.9.n.3.*

Teſtes. 1. Qui minimum debent eſſe *duo*, *l. 12 De teſtib.*

Nam uni etiam magnæ dignitatis non creditur, *l.9.§.1.C.eod.* niſi de proprio facto deponat. *Socin.reg 423.fal.2.n.2.* aut utraque pars litigans in eum conſentiat. *Diaz. reg.* 747. (*quod fieri nequit in cauſſa criminali vitam, & honorem concernente. Bart. in l. Theopom. De dot. præleg.*) aut cum eo alia adminicula & præſumptiones, undè plena reſultat probatio, concurrant. *Bart.in l.1.§.4.De quæſt.*

2. Debent deponere *in effectu eadem*, non diverſa. *Mynſ.4.obſ.38.*

3. Ex

3. Ex *certis ſcientiæ cauſſis, l.* 10. *C. de prob. Socin. reg.* 496. non auditu alieno, *c. licet. Ext. d teſt. Mynſ.* 6. *obſ.* 58.

De credulitate deponens, l. 18. C. de teſt. Socin. reg. 518. & 521. *etſi dicat ſe certo credere.* Lud. d. deciſ. 28. n. 17. 18. *aut ſi deponat per verba* ſibi videri, *item*, ſuo judicio. Com. Dd. in d. l. 18. *non probat. Dictum teſtis valet etiam cauſſa non expreſſa, ſed ſi de eâ non fuit interrogatus.* Gl. in c. ſicut nobis. de re jud.

4. *Affirmatò*, non negatò. Undè dicitur, *Affirmantes negantibus præferri*, Gl. in l. 27. §. 3. ff. de rec. arb. Niſi, in caſu in quo negativa probari aut debet, aut poteſt. Bart. & Bald. in d. l. 27. §. 3. In cauſſa criminali. Dd. in l. 1. §. fin. ff. de V. O.

In quibuſdam caſibus deſiderantur plures, (in teſtamento ſeptem, Codicillis quinque, *l. fin. C. de codic.* ad convincendum vaſallum de felonia quinque, *c. 1. quot teſt. ſint nec. ad prob. ingra. &c.*) qui cum ſint jure definiti, in reliquis ſufficiunt duo.

Debent teſtes jurare, *l. 9. C. de teſtib.* ſe veritatem dicturos, *c. hortamur.* 3. *q. 9.* quodque ſibi conſtiterit, de eo, quod interrogabuntur; nec de articulis tantum, ſed de tota etiam cauſſa, tam pro unâ quam pro altera parte. *Gl. & Dd. in Auth. ſed judex. C. de Epiſc. & Cler.*

Teſtis non jurati depoſitio non valet, etſi poſt eam juret. *Gail.* 1. *obſ.* 101. *n.* 9.

Iuramentum illud alterâ parte invitâ, ne judicis quidem auctoritate, omitti poteſt. Remitti à parte poteſt, c. in tuis. & ibi Gl. de teſtib. *Remiſſum nihilominus Iudex imponere poteſt.* Gail. d. obſ. 101.

Teſtis poteſt eſſe quilibet, niſi vel *Natura*

impediatur, ut furioſus, impuberes, *l. 3. §. 5. ff. eod.* qui animi vitio, aut qui vitio corporis, factum de quo agitur percipere non potuerunt. Vel *Lege*, ut infames, *l. 13. & ſeqq. ff. eod.* & omnes qui de jure inteſtabiles eſſe juſſi ſunt. Fœminis non licet teſtari in omnibus cauſſis, e.g. teſtamentis, cauſis feudalibus, etiam in criminalibus, *ut vult. Gl. in c. fortis. de V.S. Sed id nulla lege prohiberi ait* Decius, in l. 2. n. 33. De R.I. *& ex conſuetudine non ſervari*, conſ. 63. n. 37. vol. 3.

3. *Inſtrumentum* quo factum deſcriptum eſt.

Eſt 1. *Publicum*, confectum auctoritate publicâ, *Nov. 73. c. 2.* Idque vel *Magiſtratus*, ejus vel juſſu, vel ſaltem confirmatione, hoc eſt, ſigillo munitum, *c. ſcripta. de. fid. inſt.* Vel *Notarii*, ad hoc requiſiti, præſentibus teſtibus tribus, *c. quanquam. de uſur. c. illud. de præſum.* 2. *Privatum* inter privatos, nullâ accedente autoritate publicâ confectum, e. g. rationes, *l. pen. De reb. cred.* inventaria privata, *l. 20. C. de fid. inſt.* apochæ, *l. 19. C. eod. &c.*

Utrumque eſt vel *authenticum*, vel *exemplum*, Copiam vocant, *l. 2. & ibi Gl. ff. eod.*

Exempli in probando vis per ſe nulla eſt, Dd. in l. 7. & Auth. ſi quis. C. de edend. niſi in archivo ſit repertum & antiquum. Et 1. ſervatum ſit in loco publico. 2. Inter authenticas ſcripturas. 3. Sub cuſtodia Cancellarii publici. *Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 711. n. 61. In Authentico omnis vis probandi eſt.*

Inſtrumentum publicum probat contra producentem, & contra quem producitur: Privatum tantum contra producentem; Niſi alia adminicula, vel probationes adſint. *vid. Maſc.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Maſc. eod. vol. 2. concl. 905. uſque ad concl. 928.

Poſſunt omnis generis probationes concurrere, & aliæ ex aliis quandoque ſuppleri, & imperfectæ conjungi ut perfecta conſtituatur. *Mynſ. 2. obſ. 100. & 5. obſ. 33.* In criminalibus tamen ſi ad effectum puniendi agatur non conjunguntur; omninò ſi ad effectum torquendi, vel inquirendi, vel ſuſpendendi. *Mynſ. d. obſ. 33. n. 4.*

An quid probatum ſit, judicis committitur arbitrio, ex his quæ in judicium deducta ſunt, & legibus informato. *Cacher. deciſ. 128. num.* 11.

In confeſſione litigantis contra ſeipſum regula eſt: *In confeſſum nullas eſſe alias judicantis partes, niſi in condemnando. Confeſſus enim pro judicato habetur, l. 1. 3. ff. l. 1. C. de confeſſ.*

In criminalibus tamen ſimpliciter aſſerens ſe delictum commiſiſſe damnari nequit, niſi aliter de delicto ipſo conſtiterit, *l.* 1. §. 17. *&* §. 27. *De quæſt.*

Hinc probatio alia *plena*, alia *ſemiplena*.

De quæſtione juris.

CAPUT III.

Quæſtio juris eſt de facti merito. Hoc autem eſt jus quod facto applicatur.

Eſtque 1. *Generale*, quod hiſtoria juris definitum eſt; ſive legibus, ſive ſtatuto ſancitum, ſive uſu approbatum. Idque facto antiquius eſt, cui accommodatur; & theſin continet, factum hypotheſin. In accommodando tamen theſin ad hypotheſin quæſtio facti prior eſt.

II. *Speciale*, quod nullo jure definitum pro

judicis, ut boni viri, arbitrio, facto ſpecialiter eſt accommodatum. quod ita eſt æquitas.

Hinc dicitur, *Ad boni viri arbitrium recurrendum, quoties quid legibus non eſt definitum, l. 7. De contr. empt.* At illud arbitrium eſt æquitas.

De actionibus communia.

CAPUT IV.

UTramque quæſtionem juris, & facti conjungit *Actio*, eique oppoſita *Exceptio*.

Actio, eſt jus perſequendi debiti, in judicio. Quæ ſi publicè fit, *accuſatio* dicitur: Eſtque tantum in perſonam. Actio in perſonam, vel rem.

Actionum (ferè dixerim) una diviſio eſt, qua *aliæ in perſonam, aliæ in rem*, hoc eſt, *vel perſonales* ſunt, vel *reales*, §. 1. *Inſt. de action.* cæteræ *affectiones* potius ſunt actionum, quam diſtributiones. Quarum quædam actionibus perſonalibus ſunt communes, quædam his, vel illis propriæ; Utræque ex *cauſſis*, vel *adjunctis*.

Communes ſunt 1. *Ex cauſſa efficiente*. Sunt aliæ *Civiles*, ex quacunque legis parte competentes, præterquam Magiſtratus Edicto, legitimâ cauſsâ ſubnixæ, §. 3. §. 13. *Inſt. de action.* Aliæ *Prætoriæ*, quæ & honorariæ, *l. 25. §. fin. De O. & A.* ex Prætoris, vel alîus magiſtratus auctoritate (ad ſupplendum, vel confirmandum jus civile) introductæ. Sub quibus & *Ædilitiæ, l. 5. De V. O.*

Utræque vel *Directæ*, datæ ex ipſis legis, vel edicti verbis expreſſis: Vel *Utiles* ex eorum mente, §. *fin. Inſt. de leg. Aquil.* Dantur ſi directæ deficiant, *l. 4. §. 7. ff fin. reg.* & accommo-

dari potius quam dari dicuntur, *l.* 24. *De pign. act.l.* 1.*C.de inoff.don.* Effectus tamen utriuſque idem. *Cujac* 19.*obſ.* 11.

II. Ex *materia* Quædam *rei perſequendæ* comparatæ; potiſſimum actiones reales omnes, pleræque proficiſcentes ex obligatione contractus, §.17.*Inſt.de action. Sic Paulus in l.* 35. *De O. & A. Illæ actiones rei perſecutionem continent, quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt.* Quædam *pœnæ*, pleræque ex obligatione delicti. Quædam *utriuſque ſimul*, itidem ex obligatione delicti; *e. g. actio vi bonorum raptorum, damni injuria dati*, §. 18. §. 19. *Inſt. eod.*

III. Ex *formâ accidentali*, quædam *bonæfidei*, quædam *ſtricti juris*, § 28 *Inſt. eod.*

Bonæfidei ſunt, actio commodati; depoſiti; pignoratitia; emti venditi; locati conducti; ſocietatis; mandati; negotiorum geſtorum; tutelæ; communi dividundo; familiæ erciſcundæ; hereditatis petitio; actio pro dote; præſcriptis verbis ex æſtimato; præſcriptis verbis ex permutatione, *d.*§.28.*& ſeq.* Cæteræ omnes ſunt *ſtricti juris*.

Sed hæ per exceptionem doli, vel replicationem oppoſitam, fieri poſſunt bonæfidei, *l.* 3.*C.de except.*

Diſtinctionis hujus ratio eſt ex jure triplex. 1. *Ex parte judicis*, tum ratione formulæ judici à Prætore præſcriptæ ex qua ferat ſententiam, quæ in bonæfidei actionibus erat *ex bonâ fide*, *l.* 51. *De ædil.edict. æquo bono*, *l.*2.§ *fin. l.* 5. *De O. & A.* vel *æquo melius*, *l.pen.* § *fin.ff. ſolut.matr.* In ſtrictis præciſa ſine tali adjectione; tum quatenus in illis judici licebat ex æquitate definire, in his ſtrictis ſequi quod jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

præſcripſerat. 2. *Ex parte litigantium*, quatenus in illis obligati ſunt ſibi invicem præſtare, quod ex æquo & bono convenit; In his quod vel Lex, vel partium conventio poſtulaverit, *d.l.5.l.99. De V. O.* 3. *Ex natura ipſarum actionum*, quam jus voluit in bonæfidei judiciis latiſſimam, nec certis limitibus definitam; In ſtrictis anguſtiſſimam extra quam judici non licet evagari, §.30.*Inſt.de action.*

Ex ſtrictis actionibus quædam ſunt,& manent natura tales: quædam natura quidem tales ſunt,ſed effectu quodammodo bonæfidei, adeòque nec per ſe bonæfidei, nec ſtricti juris. Quæ *arbitrariæ* dicuntur. Differunt ab actionibus bonæfidei, quod in arbitrariis *quomodo*, In bonæfidei, *quantum* actori oporteat ſatisfieri,à judice æſtimetur,*d.*§.31.*Inſt.eod.*

Arbitrariæ ſunt, actio quod metus cauſſa, de dolo, ad exhibendum, de eo quod certo loco,publiciana, rerum amotarum, rei vindicatio,noxalis,confeſſoria & negatoria,Fabiana & Calviſiana, Pauliana, finium regundorum,redhibitoria,triticaria,hypothecaria,*d.*§.31.*& ibi.Zaſ.n.*11.

Actiones naturâ ſuâ ſtricti juris,fiunt arbitrariæ.1.Ob *dolum & contumaciam rei*,non parentis ſententiæ judicis jubentis rem reſtituere ante condemnationem, contra quem actor juravit in litem, ac ſecundum id à judice ſententia lata ſit. 2. Ob *locum vel tempus* cujus ſit in petitione mentio,quo dari debuit quod petitur.

Triplicem illam diſtinctionem hæc conſequuntur. I. *Ex officio judicis*.

1. Quod illud in bonæfidei judiciis liberrimum ſit;*d.*§.30.in ſtrictis ſervum,*d.l.99.* 2. In illis

illis æquitatem: in his jus rigidum, vel ex lege, vel ex hominis conventione, judex ſpectat: *d.* §. 30. 3. Commiſsâ morâ, in illis uſuræ ex officio judicis; *l.*47. *De act.emt.l.*13.*c.l.*32.§.2. *ff.de uſur.* non jure obligationis; *l.*49. §.1. *De act.emt.* In his non ex mora, ſed ex tempore litis conteſtatæ, debentur. 4. In bonæfidei fructus veniunt indiſtinctè: *l.* 38. §. 15. *De uſur.* In his nec ex tempore moræ, nec ex tempore litis conteſtatæ ipſo jure, ſed ex æquitate tantum ex tempore litis conteſtatæ, *d.l.*38.§.7.*l.*2.*l.*3.§.1.*ff.eod.*

II. *Ex parte litigantium:* In bonæfidei judiciis uſuræ debentur ex pacto incontinenti appoſito: in ſtrictis ex ſtipulatione; non ex pacto: *l.*24. *De præſcr. verb.l.*8.*C.de uſur.* Exceptis quibuſdam caſibus circa mutuum, puta *in pecunia civitatum, l.* 30. *ff. eod. nautica, t.t. De naut fœn. argentariorum, & in aliis rebus, quæ menſurâ conſtant, propter earum pretium incertum, quod plerunque tempore crediti magno, ſolutionis verò parvo, conſtant, l.*12.*C.de uſur.*

III. *Ex natura actionum* hæc ſunt. 1. Exceptiones inſunt actionibus bonæfidei ipſo jure: *l.* 21. *ff. ſolut. matr. l.* 3. *De reſc. vend.* non ſtrictis.

2. Dolus cauſſam dans contractui facit eum, ſi ſit bonæfidei, ipſo jure nullum; non, ſi ſit ſtricti juris; efficit tamen ut actione, vel exceptione doli, reſcindi poſſit, *l.*7. *De dolo.l.*36. *De V.O.ubi Cujac.*

Dolus incidens in contractum, ſive bonæfidei, ſive ſtricti juris non facit eum nullum; ſed in illo ſarcitur per actionem ex contractu, in hoc per actionem, vel exceptionem doli. *Mynſ.& alii.in* §.28.*Inſt.de action.*

3. In bonæfidei judiciis antequam dies venit, creditor malè agit ad pecuniam ſolvendam: ad cautionem interponendam de pecuniâ, cum dies venerit, vel conditio extiterit, ſolvendâ, auditur ex juſtâ cauſsâ, *l.* 41. *De jud.* *l.* 38. *ff. pro ſoc.* Non in ſtrictis.

4. Rei debitæ non præſtitæ æſtimatio, ſi creverit, vel diminuta fuerit, in ſtrictis judiciis præſtanda eſt quanti fuit cum eſſet petita: *l.* 22. *ff ſi cert. pet.* In bonæfidei tempus rei judicandæ obſervatur, *l.* 3. §. 2. *ff commod.*

5. In bonæfidei judiciis in litem jurari ſolet: non in aliis, niſi ex cauſſa fortè doli aut contumaciæ, *d. l.* 3. §. 2. *l.* 5. *per tot. ff. de in lit. jur.*

Summa; *quod obtinet in judiciis bonæfidei, id non obtinet in ſtrictis. Cujac.* 17. *obſ.* 37.

IV. Ex *temporis adjuncto:* aliæ actiones ſunt *perpetuæ*, aliæ *temporales*.

Iure veteri civiles erant regulariter perpetuæ, niſi à lege ipſâ terminis eſſent definitæ, prætoriæ pleræque temporales; nonnullæ, puta prætoriæ rei perſecutoriæ, perpetuæ: *pr. Inſt. de perp. & temp. act.* Pœnales autem, item rei perſecutoriæ, ſed ad reſcindendum id quod jure civili validum erat comparatæ, finiebantur anno, item quæ factum puniebant, & in dolum concipiebantur, *l.* 35. *De O. & A.* *l.* 9. §. 1. *ff. quod falſ. tut. aut.* Furti tamen manifeſti erat perpetua. *Omnes tamen prætoriæ perpetuabantur per litis conteſtationem, l.* 139. *De R. I.*

Jure novo omnes actiones ſunt temporales; & certis, ſed aliæ aliis amplioribus ſpaciis temporis circumſcriptæ; quibus elapſis non amplius competunt cum effectu. Uſus tamen eſt iſtius diſtinctionis.

Perpetuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Perpetuæ hodie ſunt quæ, cum olim eſſent æternæ, ex Impp.conſtit. durant xx, *ut actiones in rem adverſus bonæfidei poſſeſſorem*; vel xxx annis, *ut actiones perſonales, mixtæ item reales adverſus malæfidei poſſeſſorem: Temporales*, quas excludit anni præſcriptio, *ut prætoriæ ferè omnes*, vel biennii, *ut actio de dolo*, vel quinquennii, *ut querela de inofficioſo teſtamento. vid. Cujac. in par. C. de præſc. 30. vel 40. ann.*

Utræque prorogantur litis conteſtatione, illæ in annos xxx, ſi reales ſint, vel in annos xl, ſi perſonales, vel mixtæ: hæ eodem modo, *l. fin. C. eod.*

V. *Ex ſubjecto*, aliæ in judicium deductæ dicuntur heredibus, & in heredes continuari, vel non. Quæ diſtributio videtur magis propria eſſe perſonalium.

De actionibus præjudicialibus.

CAPUT V.

Actio in perſonam, eſt quæ perſonæ cohæret. *Aliter ab Vlp. in l. 25. ff. de V. O. & Iuſtiniano in §. 1. Inſt. de action. definitur.*

Eſt vel ex *poteſtate*, vel *ex obligatione*.

Illa *præjudicialis* dicitur, §. 13. *Inſt. eod.* Eſtque de ſtatu hominis.

Vel *ex poteſtate publica*, qua quæritur de jure perſonarum Eccleſiaſticarum, magiſtratus, ſubditorum, civitatis, peregrinitatis, &c.

Vel *ex privata* & 1. *Actio liberalis*, controverſia libertatis, & ſervitutis inter duos, quorum unus ſe dominum eſſe dicit, alter ſe ſervum eſſe negat, *l. 24. ff. l. 14. C. de liber. cauſſ.*

Utiliter hodie ad omnium hominum propriorum genera accommodatur. *Mynſ. & Zaſ. in d. §. 13. Inſt. de action.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

II. *Ingenuitatis*, inter duos quorum unus ſe patronum eſſe dicit, alter ſe libertum eſſe negat, *l. fin. ff. ſi lib. ing. eſſe dic.*

Utilis eſt inter eos inter quos quaſi dominii & ſervitutis, atque adeò manumiſſionis, aliquis eſt reſpectus, *Mynſ. d loc. n. 22.*

III. *De liberis legitimis vel illegitimis*, controverſia, quâ quæritur liberi legitimi ſint, nec ne, vel inter *parentes & liberos*; quæ dicitur *de partu agnoſcendo*, ſeu quis ſe patrem, ſeu ſe filium, eſſe neget, *l. 1. & 5. De agn. lib.* Vel *inter alios*, quæ ſimpliciter dicitur eſſe *de liberis legitimis, vel illegitimis*.

IV. *De jure tutoris vel curatoris*, quâ quæritur, an ſit quis tutor, vel curator.

Tres poſtremæ ſunt prætoriæ, prima civilis *d. §. 13.*

De condictionibus in genere.

CAPUT VI.

ACtio ex obligatione in perſonam *Condictio* dicitur. Eſtque vel *ex conventione*, quæ propriè ita dicitur: vel *ex delicto*, quæ nomine proprio caret. Utrique ſunt *affectiones communes*. Sunt & aliæ *aliis propriæ*.

Communes ſunt. I. Quædam *ordinariæ*, certâ formâ & ſolennitate deſcriptę, ut obligatione poſitâ ſtatim per ſe pateant. Quædam *Extraordinariæ*, quę in ſubſidium à magiſtratu, dantur, vel deficientibus ordinariis, vel cum ſint quidem, puta criminales, tutius tamen ſit agi civiliter.

II. Aliæ *Civiles*, quibus quis privatum ſuum commodum perſequitur. *Tales ſunt omnes ex conventione, ex delictis aliquæ*, Aliæ *Crimina-*

les,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

les, quibus agitur ad pœnam corporis, vel pecuniariam, fiſco applicandam. *Tales ſunt ex delicti publici obligatione plerumque, & aliquæ ex privati, ex conventionis nunquam.*

Ex obligatione delicti publici, ſi alicui privatim interſit delictum non eſſe admiſſum, & civiliter agi poteſt.

III. Quædam ſunt *in eum ipſum qui convenit vel deliquit*. Quædam *in alium*, cui jus ex facto proficiſcens applicatur.

IV. Quædam *heredibus & in heredes*. Quædam *heredibus, ſed non in heredes*: Quædam *nec heredibus, nec in heredes dantur.*

Actiones in judicium deductæ heredibus, & in heredes continuantur, quod omnibus actionibus commune eſt. Initium introducendæ actionis, ſi de hæredibus quæratur, variat in actionibus perſonalibus; in realibus quis non tam experitur quod ſit heres, quam quod ſit dominus; & non tam adverſus heredem, quam adverſus poſſeſſorem.

Actiones ex obligatione contractus competunt heredibus, & in heredes, tantum in id quod ad ipſos pervenit, ſi nullum defuncti delictum arguatur: Si arguitur; heredes in ſolidum conveniuntur, *l.* 152. §. 3. *l.* 157. §. 2. *D. de R. I. l.* 12. *l.* 49. *De O. & A.* Si agatur tantum de dolo, heres non tenetur, niſi quatenus ad eum pervenit, *l.* 16. §. 2. *ff. quod met. cauſ. l.* 7. §. 1. *ff. depoſ.*

Ex maleficiis pœnales actiones contra heredem Rei non competunt, *l.* 111. §. *fin. De R. I. Duen. reg.* 13. ſive merè pœnales ſint, ſive rei perſecutoriæ; niſi lis cum defuncto ſit conteſtata, *l.* 164. *De R. I. l.* 58. *De O. & A.* aut quid ex delicto defuncti ad heredem pervenit, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ne perveniret, dolo malo heres fecit, *l. 38. ff. de R. I. l. un. C. ex del. defun.* Si contra defunctum judicatum; & ante executionem mortuus ſit, executio rei judicatæ datur adverſus heredem, *l. 2. in fin. De præt. ſtipul. l. 14. De public.*

Sola condictio furtiva adverſus heredem datur in ſolidum, etſi ad eum nihil pervenerit, *l. 9. De cond. furt.*

Actiones quæ pœnam, & rem ſimul perſequuntur, in heredem non dantur, niſi in id, quod ex re pervenit, cujus perſecutio actioni ineſt, *l. 16. §. fin. ff. quod met. cauſ. l. 4. §. fin. De inc. ruin. naufr.*

Actio vi bonorum raptorum non datur in heredem; ne quidem in id, quod ad eum pervenit, *l. 2. §. fin. ff. vi bon. rapt.* Quia de eo quod pervenit propria eſt actio propoſita, ſcilicet condictio furtiva. Idem dici poſſet de actione in factum de calumniatoribus; quippe proditâ præter eam & condictione ob turpem cauſſam, *l. 5. §. 1. De calum.*

Quod de actionibus ex maleficio dictum, etiam dictum eſto de actionibus ex quaſi maleficio, *l. fin. De naut. caup. ſtab. l. 5. §. 5. De his qui dejec.*

Heredibus ejus, adverſus quem delictum commiſſum eſt, competunt actiones qualeſcunque ſint, excepta injuriarum actione, & ſimilibus, *§. 1. Inſt. de perp. & temp. act.* Quales, actio in factum adverſus libertum & filium, propter patronum, vel parentem temerè in jus vocatum: *per l. 2. De in jus voc.* Actio quæ competit donatori de ingratitudine donatarii, *l. 7. C. de rev. don.* Exceptis actione in factum de calumniatoribus, *l. 4. De calum.* actionibus popularibus, *d. l. 5. §. 5.* quæ datur prohibito

mortuum

mortuum inferre, *l.9.De rel.& ſum.fun.* niſi in his omnibus lite conteſtatâ, *d.§.1.verſ.pœnales. ubi Gl.*

Quæ ita habent in actionibus civilibus. Criminaliter ſi agatur, actio nec heredi, nec in heredem datur, *l.fin.C.ſi reus vel acc.mort.*

De condictionibus ex obligatione conventionis.

CAPUT VII.

Condictio, ſpecialiter dicta, eſt ex obligatione contractus. Ex pacto enim, jure Civili, actio non datur, *l.7.§.5.ff.l.10.C.de pact.* niſi ſit legitimum. *l.6.ff.eod.* De Jure Canonico, *Villal.com.opin. lit. A.n.14.* etiam in foro civili, ſi ſeriò pactum ſit initum, datur, *ſec. Weſenb.in par.ff.de pact.n.10.*

Condictionis hujus *affectiones ſpecialiter* hæ ſunt.

I. *Quædam eſt certi*, quâ res certa, *l.9.ff.ſi cert.pet. hoc eſt, de qua conſtat, quæ, qualis, quanta ſit, l.6.ff.eod.* petitur. Eſt quidem vel *certi generalis*, ex quocunque contractu ex quo certum petitur. Vel *certi ſpecialis*, ex contractu mutui proficiſcens, quæ ſpecialiſſimè *certi condictio* dicitur. *Quædam incerti*, quâ res incerta petitur, ex quacunque conventione, puta jus aliquod dari, vel poſſeſſio reſtitui.

II. Quædam *Directa*, utrique parti contrahentium æquè communis: Quædam *Contraria*, data ei cujus contractum iniri principaliter non intererat. *Vel utraque ſimul, vel altera ſine altera poteſt intentari, l.17.§.1.ff. commod. l.10.De neg.geſt.*

Sunt condictiones ultrò citròque directæ. Ex altera parte contrariæ tantum ſex ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Commodati: Depoſiti: Pignoratitia: Mandati: Negotiorum geſtorum,& Tutelæ.

III. Quædam *ſimpliciter ſcriptæ in perſonam,* (quæ ipſarum eſt natura regulariter) Quædam vi ſuâ in perſonam, *in rem tamen ſcriptæ;* abſolutè ſcilicet,ſine ullius perſonæ notatione conceptæ; qualis eſt actio quod metus cauſſa.

IV. Quibuſdam,& quidem regulariter,conſequimur *ſolidum.* Quibuſdam tantum *quantum quis facere poteſt*, ſaltem non in ſolidum, §. 36. *Inſt. de action.* Quod fit ex tribus cauſſis. I. *Eſt peculium*, *d.* §. 36. II. Beneficium reo tributum.

Idque 1. *Ob liberalitatem.* donatori,qui convenitur ex cauſſa donationis, *l.* 49. *De re jud.* 2. *Ob conjunctionem*, *Sanguinis* inter parentes, & liberos, *l.* 16. *ff. eod.* item inter fratres, *in. d.* §. 36. *Don. n.* 3. *Affinitatis,* inter maritum, & uxorem; idque non tantum ſi agatur actione ex ſtipulatu de dote exigenda,vel repetenda, §. 37. *Inſt. eod.* verum etiam ex reliquis omnibus contractibus, *l.* 17. *l.* 20. *De re jud.* Idem inter maritum, & uxoris patrem, uxorem & mariti patrem, *l.* 21. *ff. eod. Societatis*, *l.* 63. *pr. ff. pro ſocio.* Et quidem ſi ſocii ſint omnium bonorum,ex quacunque, ſed tamen ſocietatis cauſſa; Sin unius rei,ex cauſſa ſi ſocietatis, non alia, actio intentetur. *Mynſ. d. loc. Caſus tres quibus hoc beneficium ceſſat vid. in d. l.* 63. §. 1. *l.* 67. *l.* 68. *ff. eod.* 3. *Ob reverentiam Reo debitam,* puta manumiſſori ipſi, ejuſque uxori, liberis, parentibus, §. 38. *Inſt. eod.* 4. *Ob meritum in Rempublicam*, militi, *l.* 6. *l.* 18. *De re jud.* 5. *Ob commiſerationem:* ei qui bonis ceſſit, §. *fin. Inſt. eod.* exheredatis filiis, ei

qui

qui abſtinuit paternâ hereditate, *l.* 49. *ff. d. tit.*

Non datur autem hoc beneficium, ſi perſonæ illæ conveniantur ex delicto, *l.* 4. §. 1. *ff. quod cum eo*. ſi contrahendo adverſarium in fraudem induxerunt, ſi dolo fecere quo minus ſolidum ſolvere poſſint, *l.* 21. *De pecul. l.* 18. §. 1. *ff. ſol. matr.*

III. *Mutua obligatio creditoris:* quia ſi actor quid viciſſim reo debeat, & id liquidum ſit, compenſatio locum habet; §. 30. §. 39. *Inſt. de action.*

De condictionibus ex contractu re inito.

CAPUT VIII.

Inter contractus primò ſe offerunt *re initi:* & inter eos *Mutuum*.

Ex *mutuo* actio, *in ſpecie, condictio certi* dicitur, competens adverſus eum, qui rem mutuam accepit.

Requiſita ejus ſunt. 1. Ut res revera data ſit, (*quæ natura eſt omnium contractuum ex re, t.t. Inſt. de obl. quæ re contr.*) 2. A domino. (*Alienâ enim re datâ non ex numeratione competit condictio, ſed ex conſumptione, & uſucapione, l* 19. §. *fin. De reb. cred. l.* 56. §. 2. *De fidejuſſ.*) 3. Vel ab ipſo actore, vel ab ejus anteceſſore, vel eo cui actio ceſſa eſt, vel qui habet agendi mandatum, *l.* 32. *ff. l.* 2. *C ſi cert. pet.* 4. Et quidem gratis.

Huic vicinæ ſunt *condictiones ex Promutuo*, quæ ad imitationem condictionis ex Mutuo utiliter dantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

I. *Ob cauſſam dati*, per quam is qui ob certam cauſſam, id eſt, ob finem aliquem, aliquid dedit, id repetit, cauſsâ non ſecutâ. Idem eſt ſi quid factum, ut viciſſim aliquid fiat. *Quo caſu æſtimatio facti condicitur, cum factum condici nequeat.*

Datur hæc condictio 1. Ex *ceſſatione*, ſi reus interpellatus facere ceſſaverit. 2. Ex *pænitentia*, etiam ante moram, ſi is qui dedit datum revocare velit, *l.* 3. *l.* 5. *de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.*

Requiſita. 1. Ut aliquid datum, vel factum ſit ſub cauſſa, ſeu conditione. 2. Ut cauſſa non ſit ſecuta.

II. Ob *cauſſam inhoneſtam*, quæ eſt, Vel *ob turpem cauſſam*, (cauſsâ pro fine ſumptâ) ſi quid datum, ut aliquid fiat, bonis moribus contrarium. Datur, etſi res ſit ſecuta, tum demum ſi accipientis ſolius turpitudo verſetur; non ſi vel dantis tantum, vel utriuſque, *l.* 1. *l. pen. ff. l.* 2. 4. & 5. *C. de cond. ob turp. cauſſ.*

Requiſita. 1. Ut quid datum ſit, 2. Ob turpem cauſſam. 3. Accipientis turpitudo ſubſit.

Vel *ob injuſtam cauſſam*; datur (cauſsâ pro principio ſumptâ) ſi cauſſa ipſa, ex qua aliquid fiat, ſit injuſta, (*puta ſi datum ſit ex ſtipulatione vi extortâ*) hoc eſt, ſi quid datum vel factum ſit ex cauſſa jure improbata, *l.* 7. *ff. eod.*

III. *Sine cauſſa*, competens adverſus eum apud quem res eſt ſine cauſſa. Quæ concurrit cum cæteris omnibus condictionibus, & locum habere poteſt in omnibus caſibus quibus cæteræ dantur, & eâ agitur ſi condictionum ſuperiorum nulla locum habere poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Ex Commodato actio ex una parte *directa* ſt, ex altera *contraria*.

Illa datur commodatario, ejuſve heredi, dverſus commodatarium, ejuſve heredem. Et petitur res commodata, vel ejus loco intereſſe; non tamen niſi uſu, ob quem commodata eſt, finito.

Requiſita ſunt. 1. Rem quæ petitur, aut cuus nomine agitur ad intereſſe, commodatam eſſe ab agente, aut ejus anteceſſore. 2. Uſum finitum eſſe ad quem erat commodata, *l.* 17. §. 3. *ff. commod.* aut certè commodatarium re aliter uti, quam ei erat conceſſum, *l.* 5. §. 7. *ff. eod.* 3. Rem nondum eſſe, aut deteriorem, idque culpa commodatarii, redditam, *l.* 3. §. 1. *l.* 10. *ff. eod.*

Hac datur commodatario, ejuſve heredi, adverſus commodantem, ejuſve heredem, quoties rei commodatæ occaſione damnum abſque culpâ ſuâ ſentit, & commodanti eo nomine aliquid imputari poteſt. *vid. l.* 17. §. 1. *l.* 18. §. 2. *& ſeqq. ff. eod.* Requiſita clara ſunt.

Ex depoſito ſimiliter una eſt *Directa*, quæ datur deponenti, ejuſve heredi, adverſus depoſitarium, ejuſve heredem, ad id, ut depoſitum reſtituatur, & quidem quandocunque deponenti libuerit, etiam ante tempus quo ut res redderetur convenit, *l.* 1. §. 45. *ff. depoſ.* Aut ſi culpa depoſitarii deterior fuit facta, intereſſe etiam præſtabitur, quod rem ad æqualitatem, quæ initio erat, reducat.

Requiſita. 1. Rem eſſe depoſitam: Si agatur actione depoſiti prætoriâ, (quæ non ſimpliciter eſt rei perſecutoria, ut civilis; ſed in duplum datur, ſi quidem is apud quem res illa ſequentibus caſibus eſt depoſita, id inficie-

inficietur, eoque pœnam habet, *l. 18. ff. eod.*) adjicienda circumſtantia, quod res depoſita ſit vel tumultus, vel ruinæ, vel naufragii, vel incendii cauſſa. 2. Negari agenti reſtitutionem.

Alia *Contraria*, quæ datur depoſitario, ejuſve heredi, ſi quidem ad conſervationem rei depoſitæ aliquid impenderit, aut ob eam aliquid ei abſit, *l. 12. l. 23. ff. eod.* Requiſita patent.

Actioni Depoſiti cognata ſunt. 1. *Actio ex recepto.* Quæ eſt actio depoſiti prætoria, competens vectori, vel peregrinanti, adverſus nautam, cauponem, vel ſtabularium, in cujus navim, cauponam, vel ſtabulum, cum divertiſſet, aliquid intulit, ſi ibi ſit deperditum & non reddatur. *Nec neceſſe eſt curæ ipſorum id commiſſum, ſufficit illatum eſſe, & nautam, cauponem & ſtabularium id paſſum, l. 3. §. 1. ff. naut. caup. ſtabul.*

2. *Sequeſtraria*, datur adverſus ſequeſtrem, *l. 5. §. 1. ff. depoſ.* in hoc, ut res apud ipſum ſequeſtrata, ad voluntatem litigantium, vel ipſis invitis, reſtituatur ei, qui inter ipſos fuerit ſuperior.

Ex Pignore eſt vel *in rem actio*, quę ſi de poſſeſſione ſit, *Interdictum Salvianum* dicitur; ſi de jure, *actio hypothecaria*: Vel *in perſonam*, quæ *pignoratitia* propriè dicitur, de qua ſola hic.

Eſtque ſimiliter, vel *Directa*, quæ datur debitori, pignoris recipiendi cauſſa, vel pretii, vel ejus quod intereſt, *l. pen. De pign. act. l. 78. §. 15. ff. ad SC. Treb.* Vel *Contraria*, quæ datur creditori ad id quod pignoris cauſſa ipſi probabiliter abeſt, *puta ob neceſſarios ſumptus in rem pignoratam factos*, aut in id quod intereſt,

ut, ſi

it, ſi æs pro auro ſit pignoratum, vel ſcienter res aliena, &c. l. 1. §. fin. l. 9. l. 16. §. fin. l. 36. ff. de pign. act.

Directa quidem non datur niſi ex ſoluto debito, *l. 9. §. 3. ff. eod.* In contraria ex re nata quandoque ſecus eſt.

In directa actione dicit actor. 1. Rem fuiſſe pignoratam. 2. Debiti pro quo pignorata eſt, cauſſam ſublatam. 3. Pignoris reſtitutionem negari.

Si creditor cauſſam habet, cur non reſtituat, tum vel intentatâ directâ, debitorem poteſt reconvenire contrariâ, vel eâ non intentatâ, ultro pro ſuo intereſſe cauſſam in judicium deducere, *l. 29. ff. fam. erciſc. l. 19. ff. mand.*

De condictionibus ex contractu conſenſu inito.

CAPUT IX.

EX *emtione venditione* duplex naſcitur actio, utrinque directa, *emti venditi*, & *venditi emti*.

Venditi emti, datur venditori ejuſque heredi, adverſus emtorem ejuſque heredem, ad ea conſequenda, quæ ipſi ab emtore præſtari oportet, *l. 13. §. 19. De act. emt.* imprimis pretium, *d. l. 13. §. 20.* ſive totum, ſive pro parte quatenus non, *l. 11. C. de reſc. vend.* aut ſolutum eſt ex pecunia venditoris, *l. 7. C. de act. emt.* Item uſuras & pœnas conventas; *Quæ hac actione, vel ex morâ, vel ex ſpeciali conventione partium, petuntur, l. 5. C. de pact. int. emt. & vend.*

Per anomaliam datur aliquando hæc actio ad contractum emtionis venditionis (ſed non niſi ex juſta cauſſa, eaque expreſſa,) reſcindendum: *l. 2. C. de reſc. vend.*

Requiſita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Requiſita ſunt. 1. Rem eſſe venditam. 2. Traditam, aut oportunè oblatam, & quidem liberam, *l.* 1. §. 1. *l.* 8. *De act. emt.* non vitioſam, *l.* 4. *l.* 6. §. 4. *l.* 11. §. 3. §. 7. *ff. eod.* ſed in eo ſtatu quo erat cum venderetur, *d. l.* 4. §. 1. *d. l.* 13. §. 14. *l.* 2. *D. eod.* 3. Pretium, aut ejus partem nondum ſolutam, aut contractus occaſione venditori aliquid abeſſe.

Emti venditi datur emtori, ejuſve heredi, adverſus venditorem, ejuſve heredem, *d. l.* 11. ad hoc, imprimis ut ei tradatur vacua poſſeſſio rei venditæ, *d. l.* 2. §. 1. *l.* 8. *C. eod.* quâ ei rem habere liceat, *d. l.* 11. §. 8. aut (ſi malit) ejus loco intereſſe; *l.* 4. *l.* 10. *& ſeq. C. eod.* ad partus, fructus, *d. l.* 13. *l. pen. C. eod.* & commodum omne quod rei venditæ poſt venditionem acceſſit; Ad intereſſe, ſi res vendita debito tempore non eſt tradita; ut caveatur de evictione, *d. l.* 11. §. *fin. l.* 14. *C. eod.* ut arrhæ reſtituantur, *l.* 3. *C. eod.* Adeòque ad omne id quod emtorem venditori ex bona fide præſtare neceſſe eſt.

Requiſita ſunt. 1. Rem eſſe emtam. 2. Pretium ſolutum, aut certè oblatum, & conſignatò depoſitum. 3. Rem non eſſe traditam, aut ut tradita ſit, aliquid tamen dolo, aut culpa venditoris, aut ex conventione, abeſſe.

Ex Locatione Conductione ſimiliter duplex directa eſt actio. 1. *Locati conducti*, quæ datur locatori ejuſque heredi adverſus conductorem ejuſque heredem, ad mercedem locationis; ad uſuras mercedis poſt moram; *l.* 17. *C. de loc. cond.* ad damna conductoris culpa contracta; *l.* 43. *D eod.* ad id quod factum contra legem contractus; *l.* 11. §. *fin ff. eod.* quod intereſt, ſi fortè conductor ante tempus loca-

tionis

ionis finitum rem conductam deſerat; *l.* 24. §. 2. *ff. eod.* ut res reddatur, ſive locationis tempore finito; *d. l.* 11. §. *pen. l.* 25. *C. eod.* ſive non finito: ſi quidem dominus re ſuâ opus habeat; domum velit corrigere; *l.* 3. *C. eod.* conductor rem faciat deteriorem; penſiones non ſolvat; *d. l.* 3. & biennium ſit elapſum, *l.* 54. §. *fin.* *l.* 56. *ff. eod.*

Requiſita ſunt. 1. Rem eſſe locatam. 2. Ejus uſum revera eſſe conceſſum. 3. Mercedem non ſolutam debito tempore, aut certè eſſe cauſſam legitimam ex qua leges rei locatæ repetitionem conceſſerint.

2. *Conducti locati*, quæ datur conductori ejuſve heredi, ad id imprimis, ut re locatâ ſibi uti liceat; aut ſi malit, ad intereſſe; *l.* 7. *& ſeq. D. eod.* ut locator rem, quæ nequit uſui eſſe, ad quem data eſt, reficiat, aut pro tempore, quo uſui eſſe non poteſt, penſionẽ remittat; *l.* 15. *l.* 27. *D. eod.* damna rei vitio contracta præſtet; ad remiſſionem penſionis vel integralẽ, ſi res omninò perierit; vel ejus anni ſaltẽ quo ejus nullus uſus eſſe potuit: vel particularem, ſi rei uſus tantus nõ fuerit ut inde pẽſio, quę datur, ſolvi potuerit, *d l.* 15. §. 2. *&* § 7. *l.* 25. §. 6. *ff. eod.*

Requiſita. 1. Rem conductam fuiſſe. 2. Uſum rei nondum revera fuiſſe conceſſum, vel non ejuſmodi uti convenerat.

Ex Societate eſt actio *pro ſocio*, etiam ultrò citròq; *directa*, §. 2. *Inſt. de pœn. tem. lit.* Eſtq; generalis, ut quæ totius ſocietatis, quamdiu ea conſtitit, rationes exigit: *l.* 38. *ff. pro ſoc.* Competit tamen aliquando certæ alicujus rei contemplatione, puta, ut in commune aliquid referatur quod unus ſociorum retinuit.

Inſtituitur, vel *ad perficiendam ſocieta-*

tem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

tem, ut fiat ceſſio nominum, & collatio rerum in commune: *l. 3. ff. eod.* Vel *ad præſtationes perſonales*, impenſas, *l. 2. C. eod.* fructus, *d. l. 38. §. 1.* damna quæ alter ſociorum paſſus eſt, *l. 52. §. 4. D. eod.* vel *ad ſocietatem dirimendam*, puta, habendam rationem damni & lucri, eaque dividenda, *l. 63. § 5. ff. l. 5. C. eod.*

Non datur regulariter niſi finita ſocietate.

Requiſita ſunt. 1. Societatem fuiſſe contractam. 2. Finitam: Si rei alicujus certæ contemplatione agatur, aliquid in commune ſocietatis negotium conferendum, collatum non fuiſſe. 3. Quæ ex ſocietate ſunt communia aut debentur, non eſſe omnia, vel non ut oportet, communicata & diviſa.

Ex Mandato datur una *Directa*, mandatori ejuſque heredi, contra mandatarium ejuſve heredes, ad id, quod ejus intereſt, mandatum non eſſe impletum, vel non ut mandatum erat, *l. 16. C. l. 8. §. 6. D. mand.* & ad id quod ad mandatarium mandati occaſione venit, neque dum eſt reſtitutum.

Requiſita. 1. Mandatum eſſe. 2. Eſſe ſuſceptum à reo. 3. Non eſſe impletum, vel non ut oportebat, vel mandati occaſione aliquid ad reum perveniſſe, quod ſit reſtituendum.

Contraria altera, datur mandatario ejuſque heredi, adverſus mandatorem ejuſque heredem, ad repetendum quicquid ei ex mandato abeſt, item ſumptus; niſi forte quid abſit caſu fortuito, *l. 12. §. 7. l. 10. §. 9. l. 26. §. 6. l. 27. §. pen. l. 56. §. fi. ff. eod.*

Requiſita. 1. Mandatum eſſe actori. 2. Ab eo ſuſceptum. 3. In mandato exequendo aliquid impenſum, aut illius occaſione ei aliquid abeſſe.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

CAPUT X.

EX *Verborum obligatione*, quæ ſit per ſtipulationem, eſt actio in genere, *Actio ſtipulationis*, vel *ex ſtipulatu* dicta.

Eſt ex re quæ petitur duplex, *Condictio certi*, & actio ſpeciatim *ex ſtipulatu* dicta. Eo ſolo diſtincta, quod illâ res certa: hâc vel res incerta, vel factum, (*quod ipſum ſemper incertum,*) in ſtipulationem deductum, & promiſſum, petitur.

Extra hanc diſtinctionem *requiſita* ſunt utriuſque eadem. 1. Interrogationem, & reſponſionem inter litigantes legitimè eſſe factam. 2. Promiſſioni à promiſſore non eſſe ſatisfactum.

Factum in obligatione ſemper eſt præcisè, ſed præſtatur, vel ipſum, vel ejus loco intereſſe, prout viſum fuerit promiſſori.

Res certa & incerta utraque præcisè præſtanda ſi extet, & actor velit: ſi non extet, idque culpâ promiſſoris, ejus loco intereſſe.

Species nobilis hujus actionis eſt, ex *fidejuſſione*, & habet requiſita eadem; niſi quod qualitas fidejuſſoria ſtipulationi adjicitur.

Eſtque actio inter ſtipulatorem ejuſque heredem, & fidejuſſorem ejuſve heredem.

Inter fidejuſſorem, & eum pro quo fidejuſſit *mandati actio* eſt, *fidejuſſori* competens, ſi pro principali debitore mandatore ſuo ſolverit, aut occaſione fidejuſſionis de ſuo aliquid impenderit; interdum etiam ad liberationem à nexu fidejuſſionis. *Ei verò pro quo fidejuſſit*, ſi mandatarius præter mandati contractum aliquid fecerit quod mandanti damnoſum ſit, aut eſſe poſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De condictione ex obligatione literarum.

CAPUT XI.

A*Ctio chirographaria*, eſt condictio ex literi orta, competens chirographum habenti adverſus eum qui chirographum dedit, ejuſv heredem.

Requiſita. 1. Literas, vel ſcripturam eſſe e miſſam. 2. Non impleri quod iis eſt compre henſum.

De exceptione quæ actioni illi opponi ſolet, jam dictum lib. 1. *cap.* 40.

De condictionibus ex contractu innominato.

CAPUT XII.

A*Ctiones ex contractu innominato*, etiam ipſæ nomine carent. Unde *actiones incertæ*, *l.* 6. *C. rer. perm.* aut *incerti*, *l.* 6. *De præſc. verb.* dicuntur, frequentius *Præſcriptis verbis*. Sic dictæ, quod dentur ex præſcripto conventionum, vel ſi conventio non ſit ſcripta, prout convenerit, atque ita pro modo facti à litigatore expoſiti à Prætore conciperentur. Unde etiam *actiones in factum* dicuntur, *l.* 1. *l.* 12. *l.* 13. *ff. eod.*

Oritur omnis ex conventione innominata, cauſſam tamen nominatæ affinem habente: unde dicitur. *Quando contractus ſimilis eſt contractui alicui nominato, nec tamen cum ipſo idem, quod tum actio præſcriptis verbis in factum eo nomine competat, ſi modò res ſecuta ſit. Bart. in l.* 7. §. *quinimò. De pact.*

Cum ergò in contractibus innominatis etiam verſetur negotium civile, *l.* 1. *De æſtim.* & ipſa civilis eſt; *d. l.* 7. §. 2. *d. l.* 6. ſed utilis, cum nominatis comparata, *l.* 6. *C. de tranſact.* Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

non datur niſi illis deficientibus ; rarius concurrit utraque, & non niſi in caſibus lege definitis. *Bart. d. loc.*

Introducta eſt 1. *Ex neceſſitate*, quia deficientibus nominibus contractuum, deficiebant etiam nomina actionum : 2. *Ex conſilio*, propter negotia, de quibus dubitabatur utrum actiones ex illis competentes ad nominatas referri poſſent, nec ne, quo caſu tutius ſit agere præſcriptis verbis, quam aliâ.

Eſt ergo. 1. Actio præſcriptis verbis *Æſtimatoria ex contractu æſtimatorio*, quæ datur ad ſimilitudinem actionis ex vendito emto, *l. 1. in fin. De æſtim.*

Requiſita habet. 1. Reo rem eſſe traditam. 2. Eâ conditione ut rem actori reſtituat, aut æſtimationem præſtet. 3. Eorum neutrum factum eſſe à reo.

II. *Ex contractu permutationis*. Quæ ut locum habeat, neceſſe eſt contractum ex altera parte impletum eſſe, ex altera nondum, *l. 1. in fin. De rer. perm.*

Ex cæteris contractibus innominatis datæ communi nomine, dicuntur actiones præſcriptis verbis, neque ulla habent certa requiſita, & ſufficit factum narrari, & peti, eo quod contractui ſatisfactum non ſit, ut vel contractus reſcindatur, eo reſtituto quod datum eſt; vel actori præſtetur quod ei intereſt contractui ſatisfactum non eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De condictionibus ex contractibus improprijs.

CAPUT XIII.

ACtionum ex contractibus impropriis, ſeu quaſi 1. Eſt *Negotiorum geſtorum*.

Eſt vel *Directa*, quæ competit domino rei geſtæ, aut ejus heredi, adverſus eum, aut ejus heredem, cujus negotia geſta ſunt, *l.* 3. §. 7. *ff. de neg. geſt.* ad hoc imprimis, ut adminiſtrationis ſuſceptæ reddatur ratio. Quâ facta tenetur geſtor ad omne damnum, quod actor ob malam, & indiligentem adminiſtrationem ſenſerit, *t. t. ff. & C. eod.*

Requiſita ſunt. 1. Ut dicat Actor negotia per Reum geſta ad ſe pertinere, etſi fortè à Reo alterius contemplatione ſint geſta, *l.* 5. *l.* 6. §. 2. & 4. *ff. eod.* 2. Sint geſta abſque mandato ejus ad quem pertinent. 3. Eo abſente, vel ſaltem ignorante.

Vel *Contraria*, quâ agit geſtor adverſus dominum negotii, ad repetendum quod de ſuo in negotii geſtionem utiliter impendit, & quodcunque ejus nomine ei abeſt, vel abfuturum eſt, *l.* 2. *in fin. D. eod.*

Requiſita ſunt. 1. Negotia abſentis geſta eſſe per Actorem, ſine mandato. 2. Idque utiliter, contemplatione domini, licet effectum fortè non habuerit, *l.* 10. *in fin. ff. eod.* 3. In geſtionem illam de ſuo aliquid impendiſſe; atque adeò de ſuo aliquid ei abeſſe, vel abfuturum eſſe.

II. *Tutelæ*, datur finitâ tutelâ. Eſt ſimiliter vel *Directa*, quæ datur pupillo adverſus tutorem, ad reddendam rationem adminiſtrationis ſuæ, & quicquid reliquorum nomine tutor debet, *l.* 5. §. 1. *De O. & A.*

Requiſita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Requiſita. 1. Tutorem fuiſſe adverſus quem agitur. 2. Tutelam finitam eſſe, *l.* 1. §. *fin. l.* 4. *l.* 9. §. *fin. De tut. & rat. diſtr.* 3. Ejus geſtæ nondum rationes redditas.

Vel *Contraria*, quæ datur tutori, adverſus pupillum, ejus rei nomine quod ipſi occaſione tutelæ geſtæ de bonis ſuis abeſt, *l.* 3. *pr. &* §. 1. 4. 7. *l. fin. De contr. tut. & ut. act.*

Requiſita. 1. Tutorem fuiſſe. 2. Tutelam à ſe depoſitam. 3. Impendiſſe in adminiſtrationem tutelæ aliquid de ſuo utiliter, quod nondum ſit redditum.

III. *Familiæ erciſcundæ*, quæ competit inter quoſcunque, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, cohæredes, *l.* 36. *ff. fam. erciſc.* de rebus hereditariis dividendis.

Requiſita ſunt. 1. Partes eſſe coheredes: *d. l.* 36. *& ſeq.* At ſi Reus negaverit actorem eſſe coheredem, Actor ſimul deducet ſe eſſe in poſſeſſione aliquarum rerum hereditariarum. 2. Hereditatem eſſe aditam, *l.* 49. *in fin. ff. eod.* 3. Res quæ dividi petuntur eſſe hereditarias, & dividi poſſe. 4. Non ante fuiſſe diviſas, vel jure, ut nomina, *l.* 6. *C. eod.* vel ab homine, ut teſtatore, *l.* 20. §. 3. *ff. eod.* coheredibus. Niſi fortè ex conſenſu res quædam indiviſæ manſerint, neque de illis dividendis ſententia lata, vel tranſactio interpoſita ſit, *l.* 1. *C. eod.* 5. Detrectare Reum diviſionem, aut tantum iniquam admittere.

IV. *Communi dividundo*, quæ competit de omnibus rebus, quæ quoquo modo, honeſto tamen, ſunt communes, *l.* 2. *ff. com. div.* corporalibus quidem directò, *l.* 4. *ff. eod.* incorporalibus utiliter, *l.* 7. §. 3. §. 6. *ff. eod.* ad hoc, ut dividantur, vel quod alterum al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

teri præſtare oportet, vel utrunque, præſtetur.

Requiſita. 1. Rem eſſe communem. 2. Adverſarium detrectare diviſionem, aut præſtationem ejus quod oportet.

V. *Finium regundorum*, inter confines prædiorum ruſticorum data, in hoc ut eorum limites diſtinguantur.

Requiſita. 1. Agros eſſe confines, *l.* 4. §. 10. *ff. fin. reg.* 2. De finibus eſſe contentionem.

VI. *Ex teſtamento*, competens his quibus ex teſtamento aliquid eſt relictum, adverſus eos qui eo aliquid præſtare juſſi ſunt, ſi voluntatem defuncti agnoverint, *l.* 5. §. 2. *De O. & A.* ut quod relictum eſt præſtent. Datur ſemper, ſi teſtamentum eſt validum; interdum ab inteſtato, etſi id concidat.

Requiſita. 1. Teſtamentum factum eſſe. 2. Eo actori aliquid relictum, quod ab eo qui præſtare id debet, præſtari negetur.

VII. *Condictio indebiti*, competens ei qui errore indebitum ſolvit, adverſus eum qui accepit.

Requiſita ſunt: Rem errore & ignorantia eſſe ſolutam; ei cum quo agitur, vel ſolutionem ab eo ratam habitam; fuiſſe indebitam.

VIII. *Ad exhibendum*, quâ actor rei iſtius, quam aliâ actione petiturus eſt, ſibi in publico poteſtatem fieri poſtulat, ut experiatur.

Non datur cum effectu, niſi ſuâ intereſſe rem exhiberi actor probaverit.

De condictionibus quæ oriuntur ex contractibus mediatis.

CAPUT XIV.

MEdiatum contractum vocavimus contractum alienum, ſed ejus tantum qui illi qui convenitur jure aliquo, vel miniſterii, vel poteſtatis, eſt devinctus.

Indè ei qui contraxit duplex eſt actio; una adverſus contrahentem ipſum; (*ſi modò cum eo agi jure poßit.*) Altera (*priori adjecta*) adverſus eum cui contrahens eſt devinctus, *l. 5. §. 1. ff. de exercit. act. l. 44. ff. de pecul.*

Unde Condictiones quæ ſunt ex contractibus alienis adjectitiæ dicuntur.

Sunt omnes Prætoriæ. *Eo nituntur fundamento, quod is qui contraxit non tam ejus cum quo contraxit, quam cujus negotium potißimum agitur, fidem ſecutus videatur, §. fin. Inſt. quod cum eo qui in al. pot.*

I. Eſt *ex præpoſitione*, id eſt, commiſſione negotiationis alicujus à domino facta, & ab eo, cui commiſſa eſt, ſuſcepta.

Ex eâ duplex eſt actio in præponentem. *Inſtitoria*, data in dominum, ex contractu inſtitoris ab ipſo præpoſiti negotio terreſtri, *l. 1. l. 5. §. 11. De inſtit. act. Exercitoria*, data in exercitorem, ex contractu magiſtri, ob id quod navi præpoſitus, inito, *l. 1. pr. §. 7. & §. pen. De exerc. act.*

Utrâque dicitur, Actorem, cum eo qui à Reo negotiationi prępoſitus ſit, negotiationis iſtius contemplatione contraxiſſe; Actori contractus iſtius occaſione quid abeſſe. Quibus poſitis, illius actionis cui adjicitur, requiſita proponenda.

II. *Ex juſſu*, etiam *quod juſſu* dicta; datur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

tur adverſus patrem, vel dominum ex contractu filiifamilias, vel ſervi, patris, vel domini juſſu celebrato, quatenus juſſum eſt, *l.* 3 *ff. l.* 4. *C. quod juſſu.*

III. *Ex tributo, tributoria*; data ex contractu ſervi, vel filiifam. adverſus dominum, vel patrem de merce peculiari, in qua ſervus, vel filiusfam. ſciente & patiente domino, vel patre, negotiatus eſt, § 3. *Inſt. eod.* Ut ex merce peculiari, *ſcilicet quæ ex ſolutione debitorum non ſufficit*, cuique creditorum pro rata debiti ſolvatur, *l.* 3. §. *pen. & ult. l.* 8. *ff. de trib. act.*

Requiſita. 1. Mercem eſſe in qua filiusfam. aut ſervus negotiatus. 2. Et quidem peculiarem, *id eſt, ſeparatim à rationibus paternis, vel dominicis illis conceſſam.*

Nam ſi domini eſſet, vel patris, actio ex præpoſitione magis, vel de peculio, daretur.

IV. *De peculio*, quâ pater vel dominus tenetur, ex contractu vel negotio, geſto à filiofam. vel ſervo in merce peculiari, ipſis tam invitis, quam ignorantibus: atque itidem extra illam, ſed ipſis ſcientibus, in quantum peculii vires ferunt, §. 10. §. 36. *Inſt. de action.*

Eâ conventus pater, vel dominus deducit prius quod ipſi ex peculio debetur, ex reſiduo actori ſatisfit, ſi quidem ſit ſolvendo; ſi non; tantum, quantum ex peculio præſtari poteſt, l. 5. §. *fin. l.* 9. §. 9. *& ſeqq. De pecul.*

Requiſita; 1. Ut negotium cum filio, vel ſervo geſtum ſit. 2. Agens actionem ſuam dirigat in peculium, etſi in peculio fortè nihil ſit.

V. *De in rem verſo*, (*quæ actionis de peculio quaſi quædam adjectio eſt*,) datur ex contractu filiifam. vel ſervi, in patrem vel dominum, de eo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

de eo, quod ex eodem contractu in patrimonium ejus verſum eſt, *l.* 1. *ff. quod cum eo.* Revera quidem, & ut duret, verſum, *l.* 3. §. 9. *l.* 5. *l.* 10. *De in rem verſo*, ob rationes in textu, *l.* 3. §. 9. *l.* 5. *l.* 10. *De in rem verſo.*

Poteſt etiam agi de in rem verſo, & de peculio in illis caſibus, in quibus agi poteſt inſtitoriâ, exercitoriâ, tributoriâ, quod juſſu, ſi quidem ex contractu filiifam. vel ſervi agatur, ideòque prudentia Actoris relinquitur quâ experiri malit, §. 5. *Inſt. quod cum eo.*

Ita quidem, ut ſiquidem omne verſum ſit, actione de in rem verſo ſolidum conſequatur; ſi de eo non apparet, agens de peculio, ſecundum ejus æſtimationem ſibi petat ſatisfieri, §. 4. *Inſt. eod.*

De condictionibus prætoriis ex obligatione prætoria.

CAPUT XV.

Condictiones prætoriæ, dicuntur quæ ex obligatione jure civili ad producendam actionem non ſatis validâ; æquitate ut ex eâ actio detur, ſuadente dantur, adjuvante Prætore. Sunt omnes *in factum*, hoc eſt, earum formulis nullo jure definitis in factum accommodantur. Ut actiones præſcriptis verbis videri poſſint, ſed prætoriæ. Sunt tres.

1. *Condictio triticaria*; quâ petuntur res quævis (etiam incorporales, etiam incertæ,) exceptâ pecuniâ numeratâ, *l.* 1. *De cond. trit.*

Eâ, cum dubitatur, an res quæ in contractum venit certa, an incerta ſit, adeòque an certi, an incerti condictione agendum ſit (quod utrumque complectitur) agere conſultius eſt, *l.* 2. *ff. eod.*

Requiſita ſunt generalia, ſcilicet datum, vel factum

factum eſſe, ut & ipſa generalis eſt: Specialia ſumuntur ex facto, cujus occaſione triticariâ agitur.

II. *Conſtitutoria*, *l.* 20. *De pecun. conſt.* ſeu *conſtitutæ pecuniæ* actio; *l.* 22. *D. eod.* quâ convenitur is, qui debitum, vel à ſe, vel ab alio ſe ſoluturum, citra ſtipulationem promiſit, §. 9. *Inſt. de action.* Quæ promiſſio dicitur fieri per conſtitutum; quod pactum eſt.

Jure veteri tantum poterant conſtitui pecuniæ, id eſt, res numero, pondere & menſura conſtantes. Ex Juſtiniani Imp. conſtitutione, *l.* 2. *C. hic.* conſtitutæ pecuniæ actio omnes caſus complectitur qui per ſtipulationem explicari poſſunt.

Requiſita. 1. Rem conſtitutam eſſe debitam, vel naturaliter tantum, *l.* 1. §. 7. *ff. eod.* vel naturaliter, & civiliter ſimul, *l.* 3. §. *fin. D. eod. non civiliter tantum*, *d. l.* 1. §. *fin. Quia conſtitutum ſola naturali æquitate ſuſtinetur, d. l.* 1. *Æquitas autem naturalis in eo quod civiliter tantum debetur, nulla eſt.* 2. Conſtitutum factum eſſet citra ſtipulationem, *l.* 14. §. *fin. ff. eod.* 3. Conſtitutum nondum eſſe ſolutum.

Conſtituto non novatur prior obligatio, ideòque etſi conſtitutoriâ actum ſit, nihilominus ex priori obligatione, ſolutione nondum ſecutâ, agi poteſt, l. 18. *D. eod. l.* 15. *De in rem verſo.*

III. *Actio juratoria*; ei competens, qui juravit ſibi deberi, vel rem ſuam eſſe, adverſus eum contra quem juratum eſt, *l.* 3. *pr.* & §. *fin.* & *ll. ſeqq. De jurejur.* nec juranti ſatisfacit.

Eâ tantum inquiritur an juratum ſit, non an jure, §. 11. *Inſt. de action.*

Requiſita. 1. Juramentum ab adverſario eſſe præſtitum. 2. Et quidem in jure, vel judicio delatum

delatum, vel relatum, *d.* §. 11. aut ſaltem (quod perinde eſt) jurare parato remiſſum, *l.6.l.9.§.1.D.eod.* 3. Rem quocunque jure debitam nondum eſſe ſolutam, *d.* §. 11.

Ex cæteris factis, ſi quæ ex æquitate à Prætore dantur actiones, illæ omnes, ſi non ſunt utiles, ſunt & dicuntur in genere actiones in factum.

De condictionibus quæ ſunt ex contractuum adjunctis.

CAPUT XVI.

EX pactis Jure Civili actio non datur. Contractibus addita, ne quidem ipſa actionem producunt, ſed eam quæ ex contractu eſt, informant & reformant; ſi quidem eis inſunt, hoc eſt, in continenti appoſita ſint; ſin ex intervallo, ad actionem nihil proficiunt. *Dd.ad l.7.§.5.De pact.*

Adjunctis etiam aliis ſi non ſatisfiat, ex ipſis contractibus, quorum adjuncta ſunt, agi ſolet.

Sunt tamen actiones proditæ peculiares. I. *Ex Ædilitio Edicto*, ex quo emtor habet. 1. *Redhibitoriam*; quâ agit ad reſolvendam venditionem, omnibus in integrum reſtitutis, hoc eſt, ut venditor rem, emtor pretium recipiat. 2. *Æſtimatoriam*, quâ agit, in hoc, ut quanto pluris emit, ignorans rei qualitatem, & quantitatem, id venditor damnetur reddere.

II. *De evictione* duæ etiam actiones emtori conceſſæ. Liberum tamen ei utram velit proponere, *l.28. De evict.*

1. *Ex emtionis contractu*, ex quo agitur, ſtipulatione ob evictionem, in contractu non interpoſitâ.

Niſi nominatim actum ſit, ne venditor evictionem præſtet. Quo caſu tamen venditor rem alienam eſſe ſciens, ex emto tenetur in id quod intereſt; ignorans, tantum, ut pretium reddat. 2. *Ex ſtipulatu, actio de evictione,* eſt ex promiſſione ſimplæ, vel duplæ, ut re jure judicioque emtori evicta, emtor adverſus venditorem regreſſum habeat. *Duen. reg.* 242.

Evicta res intelligitur 1. *Cum reſtituta eſt.* 2. *Cum emtor æſtimationem ejus præſtare coactus eſt.* 3. *Aut poſſeſſor, ab emtore conventus, abſolutus eſt, l.* 16. §. 1. *l.* 21. *l.* 34. §. 3. *ff. eod.*

Non tenetur venditor de evictione, niſi ei maturè ab emtore ſit denunciatum, rei venditæ nomine ſibi controverſiam in jure moveri: *Duen. reg.* 241. *&* 243. *Socin. reg.* 154. *Aut cauſſa emtoris notorie ſit injuſta. Mynſ. C.* 1. *obſ.* 56.

De condictionibus ex lege.

CAPUT XVII.

Condictio ex lege civilis eſt, & generalis, ſuntque tot ejus ſpecies, quot leges, ex quibus, obligatione conſtitutâ, ſimul cautum non eſt, quo actionis genere experiendum ſit, *l. un ff. de condict. ex lege.*

Ex jure veteri paucæ ſunt, ex jure conſtitutionum pauciores. Quarum nobiliſſima eſt conſtitutio *Emphyteuticaria*, ex lege Zenonis, quâ Emphyteuſis eſt facta contractus proprius, actione nullâ diſertè prodita.

Datur autem & domino rei, & emphyteutæ, & utriuſque heredibus, *l.* 1. *C. de jur. emphyt. Domino,* ut res emphyteuticaria reſtituatur, 1. *Si emphyteuta eam faciat deteriorem, non meliorem: Mynſ. cent.* 6. *obſ.* 86. 2. *Si canonem debitum*

bitum legitimo tempore non ſolvat. Socin. 152.
3. *Si contra pactiones veniat*: Aut ſane ad intereſſe quod domino interfuit rem non eſſe deterioratam, aut dolo, & culpa emphyteutæ nihil ſibi abeſſe.

Emphyteuta, adverſus dominum non ſtantem pactionibus.

Requiritur utrimque. 1. Rem in emphyteuſin conceſſam. 2. Adverſarium non ſtare pactionibus.

Occurrent verò etiam paſsim aliæ condictiones Codicem Iuſtinianeum legenti omnino obſervandæ.

De condictionibus extraordinariis.

CAPUT XVIII.

Condictiones Extraordinarias voco quibus petitur reſtitutio in integrum, contra id quod jure aliquo civili ſubſiſtit.

Reſtitutio eſt redintegrandæ rei, vel cauſſæ actio. *Paul.* 1. *ſent.* 7. §. 1.

Omnis eſt ex juriſdictione Prętoris, *l.* 1. *l.* 5. *De in integ. reſt.* ordinariis actionibus deficientibus, *l.* 16. *De minor.* ex urgente tantum cauſſa (de qua Prętor cognoſcit,) *l.* 3. *De in int. reſt. l.* 9. §. *fin. De dolo.* & tum demum, ſi id quod petitur reſcindi, ipſo jure valet, competens.

Quippe quod nullum eſt, reſcindi non poteſt, d. l. 16. §. 1.

Datur & quidem ex æquitate, *l.* 7. *De in int. reſt.* ob læſionem. Ex cauſſis.

I. *Metus*, qui eſt timor majoris malitatis, *l.* 5. *ff. quod met. cauſ.* & talis quidem ex qua animum etiam is abjiceret, qui pro viro conſtanti habetur, *l.* 6. *& ſeq. ff. eod.*

Per ejuſmodi metum promiſſum ex ſtipu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

latu peti quidem, &, niſi exceptio metus à Reo objiciatur, exigi, non tamen poſtquam factum vel datum eſſet repeti poteſt jure civili. At Prætor ad id dat actionem ex edicto, *l.1.ff.eod. Quod metus cauſſa.*

Eſt ſemper in perſonam vi ſua. Scribitur verò aliquando ſimpliciter in perſonam; *Si agatur adverſus eum qui metum intulit hoc pacto, quod Titius per vim aut metum abſtuliſſet.* Vel citra mentionem perſonæ, in rem; *Si agatur adverſus eum qui ex malitiâ aliena lucrum ſenſit.*

Quod modo damnum illatum, & lucri ſenſus hic ſpectetur, l.14.§.3.ff.eod.

Requiritur. 1. Metum eſſe illatum, qui in conſtantem virum cadat. 2. Actorem indè ſenſiſſe damnum, &, ſi agatur adverſus alium quam qui intulit, eum lucrum indè ſenſiſſe. *d.l.14.§5.*

Petitur ut reſtituatur re, per metum data, & præterea triplum ejus: Vel ſi quid factum ſit, ejus æſtimatio in quadruplum, *d.l.14§.1. & §.7.§.pen.l.12.ff.l 4.C.eod.*

Condemnatio in triplum tum demum fit; ſi res non reſtituatur intra annum, arbitrio judicis, ante ſententiam, *d. l. 14. §.1.& §.4.* Si quidem agatur cum eo qui ipſe metum intulit. Qui non intulit, interdum abſolvitur. *Si quidem rei reſtituendæ facultatem citra dolum ſuum non habeat, d.l.14.§.5.*

II. *Dolus.* De dolo actio eſt perſonalis, prætoria, ſubſidiaria, data cauſsâ cognitâ, adverſus eum qui dolo decepit, & ejus heredem ſi quid ad eum pervenit, *l.13.l.17.§.1.l.26.ff. eod.* in id quanti ea res eſt, *l.18.De dolo.*

Eſt famoſa, *l.11.§.1.ff.eod. Ideòque non datur in eos*

*in eos quibus jure civili, aut naturali, reverentia debetur; ut parentes, patronos, ſed ejus loco actio in factum ſubſidiaria, ejuſdem effectus detractâ ſolum infamiâ, d.l.*11.§.1.

Olim dabatur intra annum utilem, hodie ex conſtitutione Conſtantini, intra continuum: Ex die quo impetrata eſt, vel lis conteſtata, finiri debet intra biennium continuum, *l.fin.C.eod.*

Requiſita. 1. Dolo malo factum admiſſum. 2. Actorem ex eo damnum ſenſiſſe. 3. Id nulla alia actione ſarciri poſſe, *l.* 1. §. 1. *ff. l.*2.*C. eod.* 4. Eſſe ultra duos aureos, *l.* 10. *ff. eod.* 5. Biennium nondum elapſum eſſe. 6. Reum non eſſe de perſonis exceptis.

III. *Ætas*; cujus reſpectu datur reſtitutio in integrum *minoribus xxv annis* ætatis infirmitate lapſis, ex quacunque cauſſa; *l.*1.*De minor.* adverſus quemvis, etiam fiſcum, *t.t.C.ſi adv. fiſc.*

Hæc ſpectatur magis in cognitione prætoria, quam in actione, quæ in jure magis examinatur, quam judicio, *l.*24.§.*fin.ff.eod.*

Quare Prætor in Edicto non dicit judicium dabo, *ſed* animadvertam, *d.l.*1.

Dabatur olim intra annum utilem, ab eo tempore quo minor factus eſſet major; hodie jure novo intra quadriennium continuum, *l.fin.C.de temp.in int.reſt.*

Datur quocunque modò minor ſit læſus, ſive ratione perſonæ ſuæ, quoad obligationem conventionis, vel delicti; ſive ratione bonorum, quoad illorum tranſlationem. Idque regulariter. Non tamen æque in delictis datâ operâ, & conſultò commiſſis, *l.* 37. *ff. eod.*

Nec datur minoribus. 1. *Quos conſtat eſſe bonos patresfam. quoſque vero ſimile non eſt ætatis infirmitate lapſos, l. 1. C. qui & adv. quos.* 2. *Qui veniam ætatis impetrarunt, l. 1. C. de his qui ven. ætat.* 3. *Qui majores facti in minori ætate geſtum ratum habuerunt, l. 1. 2. C. ſi major fact. rat. hab.* 4. *Qui ſe majores dixerunt, vel majores eſſe probati fuere. t. t. C. ſi min. ſe major. dix. &c.* 5. *Non adverſus parentes, vel patronos, l. fin. C. qui & adv. quem. Niſi adverſus matres, quæ ſecundas nuptias contraxerunt. Nov.* 115.

Requiſita. 1. Minorem eſſe talem cui beneficium reſtitutionis competat. 2. Ætatis infirmitate lapſum eſſe.

IV. *Status mutatio*, ob quam datur (non maximam, aut mediam, *l. 7. §. 2. & 3. ff. de cap. min.*) his qui propter minimam capitis diminutionem debitoris, actiones ſuas amiſerunt *l. 2. ff. de cap. min.*

Quæ non reſcindit id quod geſtum; (ut ſuperiores) ſed quaſi non fuiſſet, actionem reſtituit.

Requiſita. 1. Obligationem fuiſſe. 2. Eam capitis diminutione ſublatam eſſe.

V. *Abſentia*; quæ eſt *majoris* XXV *annis*; quâ petitur reſciſſio ejus rei, quâ quis propter ſuam juſtam, vel adverſarii quamlibet, abſentiam, læſus eſt. Undè reſciſſoria, *l. 24. C. de rei vind.* & reſtitutoria actio, *l. fin. §. 1. De eo per quem fact.* dicitur.

VI. *Alienatio judicii mutandi cauſſa facta*; hoc eſt, cum is, adverſus quem actio de re quapiam futura eſt, ejus dominium, poſſeſſionem, vel jus, dolo malo, in alium transfert, ut adverſarii cauſſa fiat deterior, *l. 1. De alien. jud. mut.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

concurrere debent. 1. *Dolus*; cum eo conſilio res alienata eſt, ut adverſarii conditio fiat deterior. 2. *Tranſlatio litis*; cum non tam res ipſa alienatur, quam lis, quæ de re eſt, in alium traducitur, *l.* 11. *ff eod.* 3. *Damnum* ejus qui reſtitutionem petit; Quod ſi id non ſentiat, non datur, *l.* 13. §. *pen. ff. hered. petit.*

Datur reſtitutio in id quantum intereſt Actori adverſarium alium non habuiſſe ſi petere poſſit ab eo cui alienata eſt; vel, ſin minus, quanti intereſt rem non amiſiſſe. *Cujac. in par. ff. & C. de alien. jud. mut. cau.*

Reſtitutio in integrum, (*quæ & per procuratorem peragi poteſt, l. un. C. etiam per proc.*) agitari debet in foro illius adverſus quem petitur, *l.* 2. *C. ubi & apud quem. niſi petatur adverſus libertatem, l.* 9. §. *fin. l. ſeq. De minor. vel adverſus rem judicatam à procuratore Cæſaris, vel ab eo qui vice ſacra judicat; veluti, Vicario, aut Præfecto urbi, vel à judice dato à Principe. Quibus caſibus in conſiſtorio Principis agitatur, l.* 1. *C. ubi & apud quem. l.* 3. *C. ſi adv. rem jud.*

De condictionibus ex delictis.

CAPUT XIX.

Condictiones ex delictis, ſunt actiones in perſonam delinquentis, quibus pœnam ejus perſequimur, ſive civiliter, ſive criminaliter.

Pœna eſt vel *lege* definita, quæ *ordinaria*, vel *judicis arbitrio* definienda, quæ *extraordinaria*.

Actiones inde dicuntur *ordinariæ*, quæ expediuntur ordine à legibus præſcripto, & pœnam iiſdem definitam perſequuntur: *Extraordinariæ*, in quibus ordo iſte non ſervatur, & pœna,

pœna, non jure, ſed arbitrio judicis infligenda, permittitur.

Poteſt unius, & ejuſdem criminis nomine agi, vel ordinariè, vel extraordinariè.

Agitur autem delicti publici nomine ordinariè criminaliter; privati, civiliter.

Undè & *actio* propriè eſt delicti privati, *accuſatio* publici.

Omnium commune eſt facti narratio quod in crimen incidit. Specialia ſumuntur ex delictis ſingulis, earumque circumſtantiis.

Delicta circa *doctrinam*, *& ritus ſacros* ex Impp. conſtitutionibus vindicantur, *per. l.* 1. *C. de heret. l.* 1. *C. de apoſt.*

Sacrilegium verum ex lege Julia, *Quaſi*, ex conſtitutionibus, *vid ſup. lib.* 1. *cap.* 56. *&* 54.

De *ſepulchro violato* actio datur privatim his quorum intereſt, in id, quod Judici videbitur. Dum tamen non minoris condemnet quam in aureos centum. Iis ceſſantibus, popularis actio eſt, in aureos 100 vel 200; etiam extraordinariâ pœnâ religioni judicis commiſsâ, *vid. ſupr. lib.* 1. *cap.* 54.

Læſæ Majeſtatis accuſatio origine publica eſt, deſcendens ex lege Julia: De *Ambitu* ex eadem: (partim etiam ex Conſtitutionibus:) Item *Peculatus*, *Reſiduorum*, *Annonæ flagellatæ*; *Plagiatus* ex lege Fabia: *Homicidium* ex lege Cornelia: *Parricidium* ex lege Pompeja. (*Collegia illicita* & *Receptatores* extra ordinem coërcentur: *Prævaricationis* actio hodie extraordinaria eſt. Olim in accuſatorem erat ordinaria & publica, extraordinaria in Advocatum. *Calumnia* lege Remnia: De *concuſſione* actio privata eſt, ex Edicto de calumniatoribus: Ex jure Codicis eſt crimen extraordinarium,

quibuſ-

quibuſdam caſibus publicum. *Raptus* jure veteri lege Julia: Novo, conſtitutionibus, *l. un. C. de rapt. Sodomiam* honeſtæ leges ne cogitarunt quidem. *Stuprum* & *Adulterium* lege Julia. Sed ex Conſtitutionibus quædam facta ſunt graviora.

Adulterii accuſatio contra marem competit cuivis, non uxori, *l. 1. C. ad l. Iul. de adult.* Jure quidem Civili: bene Canonico, *Gl. in c. 1. de adult.* Contra fœminam, patri, in cujus poteſtate eſt, marito, intra dies LX, jure mariti patriſve, *l. 6. l. 21. C. l. 14. §. 2. ff. eod.* poſt etiam aliis cognatis, etiam extraneis, *l. 9. §. 1. ff. eod.* & marito, ut extraneo. Uxor tantum jure civili injuriarum agere poteſt propter violatum matrimonium, aut ad ſeparationem thori, *l. 8. C. de repud. Dd. in d. c. 1.*

Inceſtus ex lege Julia: *Fornicationis* jure civili non eſt accuſatio. Ob *expilatam hereditatem* extra ordinem ex SCto, & Oratione D. Marci, *l. 1. De expil. hered. l. 3. De intr. crim. Repetundæ* lege Julia.

Furti privata eſt actio. 1. *Civilis ordinaria.* Eaque vel *ad pœnam duntaxat*, quæ *furti actio* dicitur in ſpecie, *l. 14. §. 16. De furt.* in eum tantum qui furtum commiſit. Pœna *furti manifeſti* ex Jure Prætorio eſt quadrupli. *Nec manifeſti* ex Jure Civili dupli, *§. 5. Inſt. de obl. ex del.* Vel *rei perſequendæ cauſſa*, quæ *Condictio furtiva* dicitur.

Eſtque vel *certi*, cum res furtiva certa eſt, *l. 8. De cond. furt. l. 46. De furt.* Vel *incerti*, cum eſt incerta. Illa ſolo domino rei datur, *l. 1. l. 11. De cond. furt.* Hæc etiam non domino, veluti creditori, bonæ fidei poſſeſſori, *l. 12. §. fin. ff. eod. l. 2. ff. de cond. tritic.*

Utra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Utraque adverſus furem, & quemlibet poſſeſſorem rei ex non juſta cauſſa, *l.* 6. §. 5. *l.* 25. *ff. de act. rer. amot. l.* 4. §. 1 *l.* 32. *De reb. cred.* eorumque heredes, *l.* 5. *l.* 9. *De cond. furt.* ſed quatenus ad eos pervenit. *Cujac.* 13. *obſ.* 37. In ſolidum tamen, etiamſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, aut adverſus eum judicatum, *Cujac. d. loc.* aut heres ipſe rem furtivam etiam contrectet, *l.* 7. §. 2. *De cond furt.*

Petitur (ſicut & ex aliis condictionibus ex conventione) ut res reſtituatur, cum omni cauſa; aut ſi nequeat reſtitui, præſtetur ejus æſtimatio & intereſſe.

II. *Criminalis* quæ extraordinaria, poſtea ex Conſtit. Friderici, facta *ordinaria* certo caſu, ex conſuetudine caſibus omnibus.

Sunt nonnullæ furti actiones ſpeciales.

1. De *tigno juncto* civilis, in duplum tigni furtivi ædibus, aut vineæ juncti, §. 29. *Inſt. de rer. div.*

Eſtque vel *in perſonam furis ipſius*, haud ſecus ac ſi rem aliam ſurripuiſſet, mere pœnalis. Siquidem ea nec rem ipſam, nec pretium, ſed pœnam tantum perſequitur. Quod ultra pœnam dupli etiam tenetur fur in rem, & ad exhibendum, quaſi dolo deſierit poſſidere, & condictione furtiva, vel etiam ſoluto tigno quaſi poſſeſſor. Vel *in perſonam ejus qui tignum bona fide junxit*, eâ ratione, quod tignum furtivum apud eum ſit conceptum, in tigni pretium duplum; neque tenetur in rem, neque ad exhibendum etiam tigno poſtea remoto. *Cujac. in par. ff. de tign. junct.*

2. *Prætoria in eum cui teſtamento libertas relicta eſt*, ſi hereditate jacente dolo malo quid ſurripuerit, *l.* 1. §. 1 *ff. ſi is qui teſt. lib. eſſe juſſ.*

3. *Prætoria*

3. *Prætoria in cauponem, nautam, vel ſtabularium*, ſi quis eorum furtum fecit, quorum opera navim, cauponam, aut ſtabulum, exercet, *l. un.* §. 3. *ff. furt. adv. naut. caup.*

4. *Prætoria de familia*, vel unius è cætu ſervorum furto adverſus dominum familiæ, *l.* 1. *ff. ſi fam. furt. fec. dic.*

5. *Arborum furtim cæſarum*, adverſus cædentem in duplum, etſi furtum non fecerit, *l.* 1. *ff. arb. furt. caſ.*

6. Prætoria adverſus eum, qui ex *cauſſa incendii, ruinæ, naufragii, tumultus*, quid abſtulit in quadruplum, *l.* 1. *De inc. ruin. naufr.*

7. De *furibus balneariis*, *tit. De fur. baln.*

8. De *abigeis* (licet hoc crimen ſit extraordinarium) ordinaria, ſi quis ea uti malit, *l.* 1. *C. de abig.*

9. De *termino moto*, quod *extraordinarium* eſt crimen furto proximum: *ordinarium* etiam ex lege Julia, ſi dolo malo terminus extra gradum ſuum motus ſit. *Cujac. in par. ff. de term. moto.*

10. *Servi corrupti*; quæ de ſervo, directò datur: de filiofam. vel filiafam. patri; *l.* 14. §. 1. *De ſerv. corr.* de ſubditis corruptis, domino, vel magiſtratui: *Dd. in* §. *in duplum agimus. Inſt. de action.* de uxore corrupta, marito. *Zaſ. in d.* §. *n.* 5. utiliter olim ordinaria, hodie extraordinaria.

Requiritur ut quis corruptus ſit, dolo malo, *l.* 3. *& ſeqq. ff. eod.* ab eo qui convenitur; ut ex jure quod in eum habet, convenientis interſit non corruptum eſſe.

Injuriarum actio eſt vel *Civilis*. *Ex lege* XII *Tabb.* de membris ruptis talionis; de oſſibus fractis nummaria; de famoſis criminibus fu-

ſtium, aut capitis, quæ hactenus criminalis eſt. *Ex edicto Prætoris* propoſita eſt actio de conviciis, & omnibus quæ ad infamiam alicujus fiunt, eamque Prætor ſe daturum pollicetur, ut æſtimatio fiat arbitrio judicis, ratione circumſtantiarum pœnam augendo, vel minuendo, §. 7. *Inſt. de injur.* Ex *lege Cornelia* mixta eſt, ob id quod quis ſe pulſatum, aut verberatum dicit, aut domum ſuam vi introitam, quæ accuſatio olim publica erat, §. 8. *Inſt. eod.* hodie civilis eſt. Vel eſt *Criminalis*, ſive *extraordinaria*, cum injuriatus agit ad pœnam corporis, vel pecuniariam fiſco applicandam. *Ex conſuetudine* juri Juſtinianeo acceſſit *palinodia*, qua, vel ſola agi poteſt; vel cum eâ ad injuriæ æſtimationem: civilis & ipſa, non criminalis: *vid. Mynſ. in* §. *in ſumma. Inſt. eod.*

Vi bonorum raptorum, datur vel domino, vel cujus intereſt; adverſus eum qui rem, non ſuam, dolo eripuit, in quadruplum; in quo res ipſa contineatur, ut ſic mixta ſit. In triplum cum dari dicitur, ſimpliciter eſt pœnæ perſecutoria, *pr. Inſt. l. 2.* §. 13. *ff. de vi bon. rapt.*

Probandum eſt actori. 1. Rem ſuam. 2. Ab eo qui convenitur. 3. Dolo ſurreptam, *d. l. 2.* §. 12. 4. Vel ſua intereſſe ereptam non eſſe, *d. l. 2.* §. 13. *& ſeqq.* §. *fin. Inſt. eod.*

Petitur ut res reſtituatur, & (ſiquidem intra annum actio inſtituatur) præter rem triplum, *d. pr. d. l.* 2. §. 13.

De damno injuria dato ex Lege Aquilia, in eum qui alienum hominem, ſervum, aut quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, occidiſſet, ut domino dare teneatur, quanti plurimi ea res illo anno fuerit, §. 1. *Inſt. l. 2. ff. ad L. Aquil.* Cæterarum verò, quanti ea res erit

xxx pro-

xxx proximis diebus, §. 14. *Inſt. l.* 27. §. 5. *ff. eod.*

Eſt etiam mixta, & rem & pœnam perſequens; ſed tum demum cum vel reus inficiatur ſe damnum injuria dediſſe, & convincatur, *l.* 23. §. *pen. ff. l.* 4. *C. eod.* vel res ante damnum datum anno, aut diebus xxx pluris fuit, quam eo tempore, quo damnum datum eſt.

Ex lege Aquilia etiam utiliter agitur aliis caſibus.

Hic oſtendet actor damnum eſſe datum ab eo qui convenitur, & datum injuriâ, ſive id doloſè ſit factum, ſive culpâ, etiam leviſſimâ.

Incendium eodem pertinet; ſed de eo extra ordinem agitur, etiam criminaliter.

Effractores & *expilatores* ordinariè conveniuntur, ut fures in duplum, vel quadruplum: extra ordinem etiam criminaliter: aut etiam ordinariè de vi publica, vel privata.

Vis publica, & *privata* ordinariè coërcetur lege Julia.

Crimen falſi circa teſtamentum, lege Cornelia, vel SCto Libaniano, (quod legem illam ſupplevit:) circa atteſtationes & teſtimonia, SCto facto ſub Tiberio Coſſ. Licinio V. & Tauro; Item SCto facto ſub Coſſ. Cotta & Meſſala. Item alio ſub Coſſ. Geminis: circa falſam monetam, eadem lege Cornelia. *Cujac. par. C. ad l. Corn. de falſ.*

Veneficium, lege Cornelia: *Mathematici impoſtores* SCto ſub Tiberio Coſſ. Pomponio & Rufo, pœnis legis Corneliæ. *Cujac. par. C. de malef. & math.*

Actiones ex Prætoris Edicto circa delicta ſunt.

I. *Albi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

I. *Albi corrupti*, in eum qui album perpetuæ juriſdictionis cauſſa, (*hoc eſt, quod omni ejus Magiſtratus tempore valiturum ſit, niſi ipſe revocet*) à Magiſtratu propoſitum, dolo malo corrupit. (*hoc eſt, raſit, ſuſtulit, mutavit, vel qua ratione turbavit*) per ſe, vel per alium, §. 12. *& ibi Gl. verb. corrupiſſe. Inſt. de act. Paul. 1. ſent.* 13. §. 2. Quæ actor deducet.

Datur *directa*, ſi tabula jam erat ſuſpenſa; *utilis*, ſi vel tum cum ſuſpenditur, vel ante ſuſpenſionem corruptum fuerit. *Dd. in d.* §. 12.

II. Adverſus eum, *qui ſine venia in jus vocari prohibitum vocavit*. Datur parenti vel patrono ita in jus vocatis, ſive ea non petita ſit, ſive petita quidem, ſed non impetrata, *d.* §. 12. *& §. fin. Inſt. de pœn. tem. litig.*

III. *Per vim exemti*, h. e. ejus qui in jus vocatus erat; datur ei qui eum vocaverat, adverſus eum qui exemit vel ipſe, vel alius ejus dolo, *d.* §. 12.

Cui Edicto vicinum alterum *de eo, per quem factum erit, quo minus quis ſe in judicio ſiſtat*.

Sed non una differentia eſt. 1. In uno coërcetur, qui fecit quominus is qui caverat judicio ſiſti ſponte ad diem veniret; In altero qui fecit, quo minus is qui vocatus erat ſequeretur: 2. In hoc dolus, in illo vis ſpectatur: 3. Ex hoc agit reus cujus intereſt pœnam non eſſe commiſſam, & actor, ſi eo facto actionem ſuam amiſit; ex illo agit is quem in jus vocaverat: 4. Hoc perſequitur actor quod intereſt, illo pœnam. 5. In hoc ſolutio unius liberat etiam alium; in illo ſi plures deliquerint, ſinguli in ſolidum tenentur: 6. Huic locus eſt non tantum in Reo, ſed & Actore impedito,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

edito, Illi tantum Reo. (*Cujac. in par. ff. ne quis in jus voc.*

Ob delicta, quæ ad ſuperiora referri non poſſunt, ac quorum nomine nullâ ex ſupra dictis actionibus agi poteſt, (innominata diximus) generali actione experiundum erit. Quæ ſi civilis eſt, *de dolo*; ſi criminalis, *ſtellionatus* dicitur, *l.* 3. §. 1. *ff. ſtellion.* Hoc ſolo differunt, quod una privatim, altera publicè pœnam perſequitur, *d. l.* 3. §. 1.

Poteſt utraque vel ſola intentari, vel ipſa non intentari, tamen cum actione alia in effectu concurrere; *e. g. Si quis rem uni à ſe obligatam obligaverit alteri, eo nomine dolus iſte vindicatur actione pignoratitia (utpote quæ bonæ fidei eſt) ſed extra eam actionem ſi quis malit civiliter agere, ad pœnam tamen, de dolo; ſi criminaliter, de ſtellionatu actio eſt, d. l.* 3. §. 1.

Et *actio de dolo* duplex, vel *rei perſecutoria*: qua reſtituitur contractus, vel aliud quid in locum priſtinum: vel *pœnæ*.

De condictionibus ex delictis impropriis.

Caput XX.

Ex *delicto improprio*, (quod ſine dolo commiſſum) aut convenitur *is qui deliquit*: aut *ab ipſo alius*; *Si is qui deliquit*; perſecutio omnis eſt extraordinaria, ſive civiliter agatur, ſive criminaliter; etiam eo caſu, ſi per imprudentiam judex malè judicaverit; *Quamvis is qui datâ pecuniâ judicem corrupit ut male judicaret, vel adverſarium, ut prævaricaretur, cauſſa cadat ex Conſtit. Antonini Imp. l.* 1. *C. de pœn. jud. qui mal. jud.* Hodie ex Syndicatu actio uſurpatur.

Ab

Ab ipſo qui convenitur alius, eſt vel *homo*, vel *brutum animal*.

Si *homo ſui juris*, deliquit, & talis ſit circumſtantia, ob quam is qui eum ſecum habuit, non ſine culpa eſſe putetur; dantur in hunc actiones *dejecti vel effuſi ex cænaculo alterius* de eo quod poſitum, vel ſuſpenſum ea parte eſt qua vulgo iter fieri ſolet, quod ſi cadat nocere alicui poſſit: §. 1. *pr. & verſ. cui ſimilis. Inſt. de obl. ex quaſ. del. de furto, vel alio damno in navi, caupona, vel ſtabulo alicujus dato,* ab eo quem miniſterii cauſſa eo in loco habuit, §. 3. *Inſt. eod.* Si *alieni juris*, puta ſervus, datur actio quæ *noxalis* dicitur, à noxia, id eſt, maleficio commiſſo, cum noxa ſit corpus nocens, §. 1. *Inſt. l.* 1. *De noxal. act.* vel à noxa, id eſt, pœna, *l. fin. ff. l.* 1. *C. eod.*

Quæ olim & in liberos proponebatur, non hodie, §. *fin. eod.*

Datur verò in perſonam domini ex delicto ſervi tantum, verè privato, *l.* 17. §. 18. *De Ædil. edict.* (ex publico ipſi ſervi tenentur, *l. pen. C. de noxal. act.* Ex quaſi delictis actio datur de peculio, *l.* 42. *de furt.*) quod commiſit ſervus inſcio, aut vetante ſaltem, domino, vel ſi ſcivit, vetare nequeunte. Eſtque *civilis*, qua hôc agitur, ut dominus damnetur damnum, à ſervo datum, reſarcire & pœnam præſtare, *per. l.* 2. *ff. l. pen. C. de noxal. act.*

Cum vero reus à lege facultatem habeat noxæ deditione defungi, hæc disjunctio ſententiæ adjicitur, §. 1. *Inſt. de off. jud. l.* 6. §. 1. *ff. de re jud.*

Sciente & patiente domino, nec cum poſſet prohibente; ſi commiſſum damnum, in ſolidum dominus convenitur detractâ noxæ deditione, l. 2. *l.* 5. *De nox. act.*

Bru-

Brutum animal, ſi deliquit, eſt actio *noxalis de pauperie*, quâ etiam dominus liberatur animal vivens noxæ dedendo, *l.* 1. §. 14. *ff. ſi quadr. paup. fec. Directa* eſt ſi quadrupes damnum dedit: *Utilis*, ſi bipes, *l. pen. ff. eod. Sed locum ex lege* XII *Tabb. ſpeciatim habet ſi pecus id fecerit, & ſi contra naturalem conſuetudinem omnium ejus generis animalium moveatur, ex ſe. Si homo alius iſtius motus cauſſa ſit; actio datur legis Aquiliæ & injuriarum, d. l.* 1. §. 4. *& ſeqq. Si eſt ex commiſſione duorum animalium attenditur utrum alterum provocaverit, & læſo provocante ceſſat actio, d. l.* 1. §. 8. *&* §. 11.

Si beſtia aliqua, vel quodvis aliud animal domeſticum damnum dederit; eadem actio locum habet, ſed tantum utiliter; modò ſit in poteſtate ejus qui convenitur, ſecus ſi libertatem ſuam naturalem receperit, *d. l.* 1. §. 5. §. 7. *l.* 2. §. 1. *ff.* §. *fin. Inſt. eod.*

De interdictis.

CAPUT XXI.

Actiones reales ſunt, per quas rem noſtram quæ ab alio poſſidetur petimus; ſemper adverſus eum qui rem poſſidet locum habent: *l.* 25. *ff. de O. & A.* aliter Juſtinianus, §. 1. *Inſt. de action.*

Sunt vel *poſſeſſoriæ*, vel *petitoriæ*. Illæ dicuntur *Interdicta*, quaſi inter duas partes litigantes à Prætore dicta, §. 1. *in fin. Inſt. de interd.*

Suntq; actiones in rem de rei controverſæ poſſeſſione, vel quaſi, litigantibus à Prætore datę. Juſtin. Conceptiones verborum, quibus Prętor jubebat, aut vetabat aliquid fieri, cum

de poſſeſſione, vel quaſi inter aliquos contendebatur, *pr. Inſt. eod.*

Interdicit autem Prætor. 1. In edicto ſuo formulas interdictorum, (*ut actionum*) præſcribendo: 2. Sententiam de poſſeſſione controverſa ex edicto generali ferendo: 3. Non ipſe decernendo, ſed actionem dando, *l. un. ff. ut in flum. pub. l. un. De fonte. l. 1. De loc. publ. l. 1. §. 29. De aq. quot. & æſt.*

Hodie verò non interdicto agitur, ſed actione ad exemplum interdicti conceptâ, *§. fin. in fin. Inſt. eod.* confusâ actionis & interdicti natura; Ut quæ interdicta olim erant, dicantur actiones extraordinariæ, ad exemplum interdictorum antiquorum comparatæ, *Rubr. ff. §. fin. Inſt. eod. l. fin. C. de act. l. 2. & 4. C. unde vi.*

Dantur Interdicta. Vel de *rebus publicis*, idque juris, vel uſus publici tuendi cauſſa. Vel de *rebus privatis*, rei familiaris tuendæ cauſſa. Vel de *utriſque ſimul*. Suntque omnia, vel *prohibitoria*, quibus Prætor vim fieri vetat; vel *juſſoria*. Et hæc vel *reſtitutoria*, vel *exhibitoria*: vel *prohibitoria & exhibitoria ſimul*; quatenus jubent aliquid reſtitui, vel exhiberi, vel utrumque, *d. l. 2. l. 1. §. 1. ff. § ſumma. Inſt. eod.*

De rebus publicis tantum ſunt. 1. *De rebus divinis*. Prohibitorium eſt, quod datur. *Ne quid in loco ſacro*, id eſt, divino fiat, ſive ſacer ſit, ſive ſanctus, ſive religioſus: ſcilicet quo deterior ſit, aut fiat, aliudve ex eo damnum ad privatum redeat. Eſt & reſtitutorium, ſi quid ejuſmodi jam factum eſt, *tit. ff. ne quid in loc. ſacr.*

II. *De operibus aut locis publicis*, interdicitur. 1. In Genere, *Ne fiat, & ut caveatur non fieri,*

fieri, in loco publico quod actori nocere poſſit. De eo tamen quod factum eſt nemine prohibente, (licet ea res ad damnum privati redundet) privato non datur interdictum reſtitutorium, *tit. ff. de loc. & itin. publ.*

2. In ſpecie. I. *De itinere & via publica*. Ne vis fiat in via itinereve publico, quo via vel iter fiat deterior; aut quod factum erit, reſtituatur boni viri arbitratu, *tit. ff. ne quid in loc. pub. vel itin. & tit. De via pub. & ſi quid in ea fact.* Item Ne vis fiat ei qui via, itinereve publico utitur, *tit. De via pub. & itin. publ. refic.* Item. Ne vis fiat ei, qui id velit reficere, *d. tit.*

II. *De fluminibus*. I. Ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo deterior ſtatio vel navigatio ſit; & quod factum erit, vel immiſſum, ut reſtituatur, *tit. ff. de flum. ne quid in flum. pub. rip.* Ita *directò*. *Utiliter* ſi quid fiat in mari, vel in littore, quo portus, ſtatio, vel navigatio deterior ſit, fiat, & in flumine non navigabili ſi quid fiat quo areſcat, vel aquæ curſus impediatur. 2. Ne quid fiat in flumine publico, quo aliter aqua fluat quam priori æſtate fluxit, & quod factum eſt ut reſtituatur, ſumptibus ejus qui fecit, *tit. ff. ne quid in flum. publ.* 3. Ne vis fiat ei qui navigat in flumine, lacu, foſſa, ſtagno publico, vel qui in flumine publico piſcatur, vel alias eo, ut oportet, utitur, ripave fluminis, *tit. ff. ut in flum. pub. nav.*

III. *De ripis*. Ne vis fiat ripam, agrumve qui circa ripam eſt tuenti, reficienti, munienti, *tit. ff. de rip. mun.*

IV. *De loco publico fruendo*. Ad publicanos pertinet. Ne quæ eis qui talia loca conduxerunt; aut quos ſibi in eâ conductione ſocios

adjunxerunt, vis fiat, quominus ex locationis lege iis fruantur, *tit. De loc. publ. fruen.*

v. De *aqua publica:* ne, permiſſu Principis, ex caſtello eam ducenti, vis fiat. *Cujac. in par. ff. eod.*

vi. De *cloaca*; Ne quid fiat in cloacâ publica, & ſi quid in eâ factum erit, quo uſus ejus deterior ſit, ut reſtituatur.

vii. *De Prætoriis* in quibus judices habitant, & domibus publicis, porticibus, & angiportibus, aut vicis publicis, à privatis poſſeſſoribus juri, & uſui publico vindicandis, eſt quidem *l. prætoria, & l. qui ſine C. de oper. publ.*

Sed monet ibidem Cujacius id fieri per generale interdictum reſtitutorium, aut certe extra ordinem.

viii. Ex *l. præſcriptio temporis, & l. quicunque. C. eod.* datur interdictum *de opere reſtituendo* quod illicitè ædificatum eſt in foro, vel palatio.

ix. *De jure quodammodo publico* ſunt: 1. Interdictum de *libero homine exhibendo*, adverſus eum, qui ſupprimit hominem liberum. Competit cuilibet ſtudioſo tuendæ libertatis: *tit. ff. de hom. lib. exhib.* atque ita datur patri de exhibendo filio emancipato, matri de exhibendo filio, vel filia, *l. 2. C. de lib. exhib.* marito de exhibenda atque ducenda uxore, *l. 3. C. eod.* 2. *De liberis exhibendis atque ducendis.* Competit parentibus, liberos in poteſtate habentibus, adverſus eum apud quem ſunt non ſua ſponte, ut exhibeant, neque vim faciant quominus exhibitos ducere poſſint, *tit. ff. & C. eod.* 3. *De liberto exhibendo, & ducendo*, competens patrono adverſus eum, apud quem eſt libertus,

tus non ſuâ ſponte, etiam bona fide, §. 1. *Inſt. l.* 2. §. 1. *De interd.*

De rebus privatis tantum; Sunt vel *Nominata*, vel *Innominata*.

Nominata, de quibus Prætor nominatim & in ſpecie ſe interdicturum, pollicetur, e. g.

1. *De ſuperficiebus*; quod eſt de retinenda quaſi poſſeſſione ſuperficiei, competens ſuperficiario; qui id conduxit eâ lege, ut in eo ædificaret, & ſibi haberet ædificium in perpetuum, vel plures annos, ſub annuo ſolario, *tit. De ſuperf. Cujus exemplo datur & fructuario, forte & Emphyteuticario.*

2. *De itinere actuque privato* duo ſunt prohibitoria. 1. Ad *retinendam poſſeſſionem* itineris, actus, viæ privatæ; agente eo, qui eo anno uſus eſt, aut ſucceſſore ejus ad retinendum. 2. *Ad reficiendum*, illud quo hoc anno uſus eſt, ne reficienti vis fiat, *tit. ff. de itin. act. priv.*

3. *De aqua quotidiana, vel æſtiva, vel hiberna*, ad adipiſcendam, vel retinendam quaſi poſſeſſionem ejus ducendæ, *tit. De aq. quot. &c.*

4. De *reficiendo rivo* per quem aqua ducitur, ne reficienti vis fiat, *tit. De riv.*

5. De *fonte*, lacu, puteo, piſcina, reficiendis, quorum aqua hoc anno uſi ſumus, prohibitorium ne vis fiat reficienti, *tit. De fonte.*

6. *De cloacis privatis* reficiendis, & purgandis ſimile, *tit. De cloac.*

7. *De precario*, reſtitutorium, quo revocatur precario datum, *tit. De prec.*

8. *De arboribus cædendis* prohibitorium, id eſt, de arboribus vicini adimendis ſi ex ædibus tuis in meas propendeant: vel coërcendis, ſi ex agro tuo in agrum meum propendeant: fiat autem per eas, ne prædium meum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

qualiter velim, poſſideam, *tit. De arb. cæd.*

9. *De glande legenda* prohibitorium, ne caducam, id eſt, fructum qui de arbore cecidit, legenti vis fiat, *tit. De glan. leg.*

10. *Salvianum*, reſtitutorium de pignoribus. Eſtque vel *verum*, quod datur locatori ad perſequendam poſſeſſionem rerum conductoris pro mercede tacitè, vel ſpecialiter obligatarum. Vel *quaſi*, quod datur creditori ad perſequendam rem, cujuſque debitoris, pignori obligatam. *Illud directo* datur in conductorem, hoc in debitorem. Utrumque *utiliter* adverſus quemlibet rerum oppignoratarum poſſeſſorem, *l. 1. De prec. l. 1. in pr. De Salv. interd. & ibi Cujac. in par. ff. & C.*

11. *De migrando*, competens inquilino oblatâ penſione, ſi quæ debetur, pro retinenda poſſeſſione rerum, quas intulit, pignoris loco, in ædes conductas, *tit. De migrando.* Colono, cui id non conceſſum, extra ordinem ſubvenitur.

12. *De tabulis exhibendis*, quo tenetur, qui tabulas teſtamenti ſupprimit, & eas negat exhibere ſe poſſe. Datur iis quorum intereſt eas exhiberi, *l. 3. §. ſolent. ff. & ibi Cujac. in par. de tab. exhib.* Qui id non negat, extra ordinem eas exhibere compellitur.

Innominata vocamus quæ dantur de poſſeſſione, vel quaſi rei cujuſvis, alterius, certo nomine non diſtincta, quæ:

Sunt 1. *Poſſeſſionis* adipiſcendæ, h. e. ejus quam nunquam habuimus acquirendę cauſſę. Et quidem ex *Edicto Prætoris*.

1. *Quorum bonorum* dicta, quæ datur heredi cuicunque, ut in ipſum transferatur bonorum hereditariorum poſſeſſio; ſed prætorio heredi

heredi directò, civili utiliter, *l. 1. C. & tit. ff. Quor. bon.*

Eo agens probabit ſe heredem eſſe, & bonorum illorum poſſeſſionem agnoviſſe, quorum poſſeſſionem cupit adipiſci, quam adverſarius nunc poſſideat.

2. *Quod legatorum* dicta, quæ datur heredi, vel bonorum poſſeſſori ob legatum, quod ab ipſo præſtandum, ſine voluntate ſua legatarius poſſidet, vel dolo poſſidere deſiit. *Ex jure Iuſtinianeo ſupervacuum, olim neceſſarium.*

Interdicturo neceſſe erat ſatisdare legatorum nomine, aut certè quominus id faciat per ipſum non ſtare, l. 1. §. 9. & ſeq. ff. eod.

Utrumque hoc interdictum ex parte actoris quidem eſt poſſeſſionis adipiſcendæ; ex parte rei vero (ſi condemnetur) reſtitutorium, *l. 1. & 2. ff. quor. bon. l. 1. §. 2. ff. quod legat.*

Ex Impp. Conſtitutionibus. 1. Ex Conſt. D. Severi & Antonini, *in l. 3. C. de pignor.* ex qua creditor qui pactus erat non ſoluta ſibi pecuniâ poſſeſſionis liberum ingreſſum, autoritate judicis rerum pignoratarum poſſeſſionem adipiſcitur. 2. Ex Conſt. Juſtiniani, *in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quod datur heredi in teſtamento inſtituto, ut probatis teſtamenti tabulis, in forma non vitioſis, & legitimo teſtium numero munitis ſcriptis, mittatur in poſſeſſionem bonorum, quæ defuncti mortis tempore fuere, nec legitimo modo ab adverſario poſſidentur.

II. *Retinendæ* poſſeſſionis quam habemus. 1. *Uti poſſidetis*; quod tuetur poſſeſſionem rerum immobilium, vel quaſi rerum incorporalium, adverſus eum qui eandem ſibi arrogat, vel alio modo poſſidentem turbat, *l. 3.*

§.9.& t.t.ff.& C.uti poſſ. 2. *Vtrubi*, quod rerum eſt mobilium, *l. un. ff. utrubi.*

Requiſita. 1. Actorem poſſidere, vel quaſi. 2. Turbari à convento. 3. Se ab eo nec vi, nec clam, nec precario poſſidere; *Quæ cum præſumantur contradicente adverſario in utroque interdicto probari debent, l. 1. § fin. ubi Bart. ff. uti poßid.*

III. *Recuperandæ* poſſeſſionis amiſſæ. Ex *Edicto Pratoris* eſt. *Vndè vi*, reſtitutorium; §. 1. *Inſt. de interd.* quod datur de poſſeſſione rei immobilis vi qualicunque dejecto, *l.* 1. §. 3. *& ſeqq. De vi & vi arm.* adverſus eum qui vim fecit, etſi dolo malo, aut culpa ſua poſſidere deſierit, *d.l.* 1. §. 36.

Interdictum tamen de vi quotidiana datur ſub exceptione, ſi is qui interdicit eo tempore dejectus eſt quo rem ſoli, vel uſum aut uſumfructum, quaſi poßidebat: Interdictum de vi armata etiam ſine ullâ exceptione: Illud ei qui ab illo qui dejecit, nec vi, nec clam, precario, poßidebat; hoc etiam ei qui ab eo his rationibus poßidebat: Illud intra annum, hoc perpetuò.

Ex Impp. conſtitutionibus recuperandæ poſſeſſionis ſunt plura remedia.

1. *Ex l. invaſor. C. unde vi*, ex quâ repetitur poſſeſſio rei alienæ, alio modo quam vi, puta incuria, vel errore, diu uſurpata. 2. *Ex l. meminerint. C. eod.* poſſeſſio rei ſibi debitæ occupatæ ſub ſpecie reſcripti Principis, vel pręcepti judicis, quo fortè quis juſſus eſt protinus rem ſibi debitam exigere, vel arripere. 3. *Ex l. ſi quis tantum. C. eod.* datur interdictum recuperandæ poſſeſſionis, de rebus, etiam mobilibus, etiam propriis, quarum poſſeſſio erat apud alium, vi occupatis. 4. *Ex l. pen. C. eod.* conveniuntur qui

res

res alienas detinent, nec domino repetenti o-portuno tempore reſtituunt; ſed cauſſam e-jus ſibi mutare ſtudent. 5. *Ex l. fin. C.eod.* poſ-ſeſſio vacans abſente domino, ſine judicis au-toritate, occupata ab eo, qui ſciebat rem non eſſe ſuam, nec ſibi debitam, reſtituitur. 6. *Ex l. 1. & 2. C. ſi per vim, vel alio modo.* reſtituitur poſſeſſio non vacans, ſed ab abſente per a-lium retenta, quæ ab alio occupata eſt quo-cunque modo.

Adde his *l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſit.* ex qua, ſi coloni, bona fide poſſeſſi, fugerint, prius reſtituenda eſt bonorum poſſeſſio, poſ-ſeſſori interversâ poſſeſſione.

Item *l. fin. C. de præt. pign.* ex qua creditor poſſeſſionem rei pignoratæ quocunque mo-do amiſſam, recuperat.

Item *l. fin. C. de acq. & ret. poſſ.* domino amit-tenti poſſeſſionem facto, & culpa ſervi, colo-ni, vel alterius proviſum; ut ex ea eam recu-peret.

Sunt & alia ex Iure Canonico. de quib. vid. c. redintegrandæ. 3. q. 1. &c. ſæpe de reſt. ſpol. & ibid. Dd.

In recuperandæ poſſeſſionis remedio de-ducenda ab actore. 1. Se poſſeſſionem, vel quaſi, rei habuiſſe; 2. Se de ea ab adverſario, ejuſve mandato, dejectum. *Quo utroque pro-bato in eam reſtituitur, juxta Gl. & Dd. in c. olim cauſam. verb. reſtitutione. de reſt. ſpol.*

Hiſce verò omnibus ſuccenturiatur offi-cium judicis.

De rebus tam publicis quam privatis eſt. 1. *Quod vi aut clam*, reſtitutorium, *l. 1. pr. & §. 1. ff. quod vi aut clam.* & non tam pertinens ad rei poſ-ſeſſionem, quam ad opus vi aut clam factum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ut in priſtinum ſtatum reponatur, *d.l.* 1. *pr.l.* 7. §. 5. *l.* 11. §. 1. *l.* 20. §. *pen. D. eod.*

Cui vicinum eſt Interdictum de *operis novi nunciatione.* Quod duplex eſt. 1. *Reſtitutorium*, quod datur nuntiatori, (ſi is, cui nunciatum eſt, *ne quid in illo loco novi operis me invito faceret*, non paruerit, *id eſt, non confeſtim deceſſerit ab opere, quod moliri, aut demoliri cœperat*;) ut quicquid poſt nuntiationem, ante remiſſionem nuntiationis, vel ſatiſdationem fecerit, reſtituere compellatur. 2. *Prohibitorium*, datur nuntiato; *unum* poſt ſatiſdationem, *alterum* poſt remiſſionem, *id eſt abolitionem nuntiationis novi operis* à Prætore factam, ut ædificanti vis ne fiat. *Cujac. in par. ff. de oper. nov. nunc.*

II. *De damno infecto*, datur, ut ſi quod ex eo quod ædificatur aut fit, quo damnum fieri poſſit, aliquando contingat, eo nomine ſatiſdatio præſtetur de damno ſarciendo. *Cujac. in par. De dam. infect.*

In actionibus realibus, qui rem petere deſtinaverit, animadvertere debet, an interdicto nanciſci poſſeſſionem poſſit. Quod longè ſit commodius ipſum poſſidere, & adverſarium ad onera petitionis compellere quam alio poſſidente petere, l. 24. De rei vind.

De civili rei vindicatione.

CAPUT XXII.

A*ctiones reales petitoriæ* ex dominio, vel quaſi competentes, dicuntur *Vindicationes*.

Suntque vel *Univerſales*, quibus rerum univerſitas, non res ipſæ petuntur; niſi in conſequentiam. Vel *Singulares*. Utræque ex *Iure Civili*, vel *Prætorio*.

Uni-

Univerſalis ex jure civili dicitur *hereditatis petitio*; Quæ eſt vindicatio hereditatis; & uti hereditas, ita & ipſa, vel *civilis* eſt, vel *prætoria*, vel ex utraque *mixta*.

Civilis eſt, qua is, qui ſe heredem dicit, utitur adverſus eum, qui jus pro herede, vel pro poſſeſſore habet, *l. 9. De hered. pet.* & eſt vel totius, vel partis hereditatis.

Datur heredi qualicunque, *l.* 1. 2. 3. *ff. eod.* ſi quidem hereditatem ſibi delatam agnoverit, hereditariæ autem res ab alio detineantur, aut poſſideantur. *Directa* quidem ipſis heredibus inſtitutis: *Utilis* fideicommiſſariis, quibus ex teſtamento hereditas eſt reſtituta, *l.* 1. *De fideic. hered. pet.* Adverſus eum, qui res hereditarias, non titulo aliquo ſingulari, ſed pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, *d. l.* 9. *& ſeqq.*

Petuntur hac actione. 1. Res hereditariæ, quæ vel à defuncto poſſeſſæ, aut detentæ, *l.* 19. *ff. eod.* vel in ipſius dominio fuerunt, *l.* 18. §. *fin. ff. eod.* Etiam incorporales, exceptis ſervitutibus, *d. l.* 19. §. *fin.* 2. Precia rerum venditarum: 3. Pecuniæ exactæ à debitoribus: 4. Fructus & acceſſiones rerum, *l.* 20. §. 3. *ff. eod.* omnes extantes; ſiquidem malæfidei ſit poſſeſſor.

Requiritur *Ex parte actoris.* 1. Aliquo jure, eum defuncti heredem eſſe: *Solo enim titulo hereditatis petit.* In caſu inteſtati, mortis defuncti tempore neminem eum gradu anteceſſiſſe. *Maſcard. de prob. concl.* 73. *in pr. vol.* 1. 2. Ante hanc actionem inſtitutam non habuiſſe rerum petitarum poſſeſſionem. *Poſſeſſa enim res non eſt amplius hereditaria, ſed de ipſius patrimonio. Gl. in l. fin. De fideic. her. petit. Ex parte*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

rei. 1. Eum hereditatem, vel partem poſſidere, vel dolo deſiiſſe poſſidere, aut liti ſe obtuliſſe. 2. Et quidem pro herede, vel pro poſſeſſore ſine alio titulo valido. *Socin. reg.* 364. 3. Rem fuiſſe defuncti, vel dominii, vel poſſeſſionis, vel detentionis jure.

Peti ſolet ex natura actionis. 1. Ut actor declaretur heres. 2. Reus exhibeat legitimum inventarium, aut juratò res (mobiles præſertim,) indicet. Quod juramentum ſi præſtare nolit reus, actor admittitur ad jurandum in litem. 3. Ut condemnetur ad reſtitutionem rerum hereditariarum unâ cum intereſſe, & fructibus. *Bart. in l. licet. De hered. pet. & in l.* 1. *C. quor. bon.*

Prætoria eſt, qua petuntur bona hereditaria in quorum poſſeſſionem quis miſſus eſt, reſtitui, ab eo qui illa pro herede, vel poſſeſſore poſſidet.

Datur bonorum poſſeſſori, *l.* 1. *De poſſ. her. pet.*

Eſtque vel *Ordinaria*; quæ datur ex edicto Prætoris ſecundum ordinem illo definitum, *ex teſtamento*; vel *ſecundum*, vel *contra tabulas*; *ab inteſtato*, ordine libro 1. expreſſo. Vel *Extraordinaria*; quæ ex novis legibus competit; quin & quæ ex *Edicto Carboniano*, & *Ventris nomine*, & *ordinandæ litis gratia*, datur.

Eadem hic obſervanda quæ in civili hereditatis petitione; præter diſtinctionem hereditatis, & bonorum poſſeßionis. Itaque ut illa non agitur priuſquam hereditas animo ſit adita; ita hic, impetratâ bonorum poſſeßione, atque ita jure agendi petitur, ut res quorum bonorum poſſeßio nobis decreta ſit, nobis acquiratur.

Mixta, eſt *querela inofficioſi teſtamenti*; quæ datur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

datur ex cauſſa inofficioſi teſtamenti, certis perſonis conquerentibus ſe inique exheredatos, vel præteritos, & petentibus teſtamentum reſcindi, ſibi hereditatem adjudicari: contra eum, qui juſto titulo inſtitutionis poſſidet. Et quidem poſt aditam demum hereditatem, non ante.

Requiritur ut 1. ſe exheredatum, vel præteritum injuſtè, 2. Inſtitutum ex teſtamento hereditatem adiiſſe, actor dicat.

Reſciſſo hoc modo teſtamento, ſecus quàm olim, ſola inſtitutio reſcinditur, cætera conſervantur integra. *Auth. ex cauſſa. C. De lib. præt.*

Singularis rei Vindicatio, vel *Civilis* eſt, vel *Prætoria*.

Civilis eſt, vel *rei corporalis*, & propriè rei vindicatio dicitur.

In ea deducenda 1. Dominium eſſe ex parte actoris, (*non datur enim actio niſi de quo notoriè conſtet.*) 2. Poſſeſſionem ex parte rei conventi, *l. 6. & 9. De rei vind. Petitur enim ut actor dominus declaretur, & poſſeßio ei reſtituatur.*

Si incertum eſt dominium; actio quidem datur, ſed de illo cognoſcitur interim dum lis pendet.

Actor ſi ipſe poſſidet, & actione hac experiri vult, non auditur niſi Reo poſſeſſionem reſtituerit, *l. 25. C. de locat.* aut ſi alius convenitur ab eo, qui rem poſſidet, actor iſtâ fruſtra experietur, *l. 36. De rei vind.* ſi ambiguum eſt, uter poſſideat, de poſſeſſione prius judicandum, *l. 13. C. eod.*

Poſſeſſor in hac actione non tantum dicitur is qui propriè poßidet, ſed &, qui rem retinet, & reſtituendi habet facultatem, d. l. 9. Item eum qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

non quidem verè poſſidet, ſed pro poſſeſſore habetur, ſive liti modò ſe obtulerit, l. 25. ff. eod. ſive dolo poſſidere deſierit, l. 27. ff. eod. Habetur enim *pro poſſeſſore, qui cum non poſſideret, ſe liti obtulit, l. 25. D. eod. qui dolo deſiit poſſidere, l. 27. §. 2. ff. eod.*

Vel *rei incorporalis*. Eaque *Directa*, ſervitutum; *Utilis* aliorum jurium. Utraque *Confeſſoria*, vel *Negatoria*, *l. 2. ff. ſi ſerv. vind.*

Confeſſoria directa eſt, quâ, in ſervitutibus perſonalibus, in re alterius jus ſervitutis nobis; vel prædio noſtro, in realibus, competere aſſerimus.

Competit ſoli domino, non alii, in quemlibet uſum ſervitutis interpellantem, *l. 10. §. 1. ff. eod.*

Requiſita ſuper *ſervitute perſonali* ſunt. Actorem eſſe juris petiti dominum: 2. Adverſarium impedire ne eo utatur.

In reali. 1. Actorem aſſerere prædio ſuo à prædio alterius ſervitutem deberi. 2. Adverſarium prohibere quominus eâ, vel omninò, vel ut oportet, utatur.

Negatoria directa eſt, quâ rem noſtram adverſario, vel prædio ipſius ſervitutem debere negamus.

Vindicatur eâ non ſervitus, ſed libertas, vel omnimodò, vel reſpectu adverſarii, ipſiuſque prædii: *l. 4. §. 7. ff. eod.*

Datur ſoli domino adverſus quemlibet ſervitutis uſurpatorem; ſed & interdum adverſus eum, cui, vel cujus prædio, ſervitus debetur: ſi quidem ea aliter utatur quam illi jus ſit, l. 9. l. 14. ff. eod.

Requiſita. 1. Ut Actor probet ſe rei, cujus libertatem aſſerit, dominum eſſe, vel in ea jus habere. 2. Reus prætendat ſe in ea habere ſervitutem.

Quare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Quare & hæc actio etiam ſoli domino datur, adverſus quemlibet ſervitutis uſurpatorem.

Actiones Confeſſoriæ & Negatoriæ illæ propriè ſunt, quæ tales ſunt, & figurâ verborum, & re ipsâ. Minus propriè, quæ formula tantum, & figura verborum tales ſunt, cum re ipsâ non ſint. E. G. Ajo mihi eſſe jus altius tollendi verbis quidem confeſſoria eſt, reipsâ non eſt. Cum verò dubitatur confeſſoria an negatoria actio ſit, non figura, ſed effectus verborum ſpectandus, id eſt, id quod petitur.

Utiles actiones confeſſoriæ, & negatoriæ ſunt quæ de quibuſcunque aliis juribus præter ſervitutes dantur. *Villalob. in theſ. com. opin. A. §. 38.*

De prætoria cujuſque rei vindicatione.

Caput XXIII.

P*Rætoria rei vindicatio* eſt. 1. Vel *de rebus uſucaptis*, vel *non uſucaptis, Publiciana*, vel *Quaſi Publiciana*.

Publiciana eſt, quæ, amiſsâ poſſeſſione, datur ei, qui à non domino, rem traditam, ex juſta cauſſa acquirendi dominii, bonâ fide accepit, necdum uſucepit.

Datur bonæfidei poſſeſſori, *l. pen. & ult. De publ. in rem act.* (*qui etiamſi verè non ſit, pro domino habetur, collatus cum eo, qui verè dominus non eſt:*) adverſus quemcunque poſſeſſorem, vel detentatorem rei, titulum non habentem; non adverſus titulum habentem; quod illo caſu, exceptio dominii cum effectu opponi poſſit.

Nec enim comparata eſt ut domino res ſua auferatur; ſed ut is qui bona fide rem à non domino accepit, poſſeßionemque ex cauſa nactus eſt, ipſe

potius

potius rem habeat, quam alius extraneus, d.l. ult.

Requiſita ſunt. 1. Rei poſſeſſionem actori, idque ex cauſa ad transferendum dominium habili, eſſe traditam; *l.* 13. *ff. eod.* 2. A non domino: *l.* 1. *ff. eod.* 3. Bonâ fide actorem eam accepiſſe; *l.* 7. §. 11. *ff. eod.* 4. Rem ceptam uſucapi, etiamſi momento ſit poſſeſſa, *l.* 12. §. *fin. ff. eod.*

Quaſi Publiciana (ſuperiori è diametro contraria) eſt, quæ, reſciſsâ uſucapione, inter abſentes, ex juſtâ cauſſa, priſtino domino datur, ad rem recuperandam, §. 5. *Inſt. de action.*

Peragitur reſciſſio officio judicis implorato, à quo effectu hæc actio Reſciſſoria dicitur; *d.* §. 5. reſciſſione factâ tum demum hæc actio ad rei reſtitutionem intentatur, & eatenus Reſtitutoria eſt. Reſciſſio fit officio judicis, Reſtitutio jure actionis.

Requiſita. 1. Rem ab adverſario revera uſucaptam, ſed uſucapionem illam magiſtratus officio reſciſſam eſſe. 2. Actorem rei eſſe dominum. 3 Reum poſſidere.

II. Vel *de rebus in fraudem quorum intereſt alienatis* eſt. 1. *Pauliana*, quâ creditores res in fraudem ſuam à debitore alienatas, ſeu cum deberentur, remiſſas, reſciſsâ traditione, repetunt, §. 6. *Inſt. de action.* Dicitur etiam in factum, *l.* 10. §. 2. § 18. *ff. quæ in fraud. cred.* reſciſſoria, reſtitutoria. Reſciſſio præcedit; actio quæ reſtitutionem facit, ſequitur. *Dd. in d.* §. 6.

Reſciſſio peragitur officio judicis, in cujus cognitione verſantur. 1. Eum qui alienavit actori, creditori eſſe obligatum, ex quacunque cauſſa, *l.* 16. §. 2. *ff. qui & à quib. man.* 2. Creditorem impetraſſe bonorum poſſeſſionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

nem debitoris non alienatorum, nec poſſe ipſi ex illis ſatisfieri, *d.* §. *6.l.2.C.de revoc. quæ in fraud.* 3. Rem alienatam, vel remiſſam fuiſſe in bonis debitoris, *l.1.in fin.l.17.ff. quæ in fraud. cred.* 4. Idque factum in fraudem creditoris, *d.§.6.*

In alienatione ipſa ſpectandum. 1. Ut actus aliquis ſit celebratus ejuſmodi, qui juſtum præbeat titulum ad transferendum dominium, conſtituendum, vel tollendum jus aliquod in re. 2. Ut actum ſequatur traditio.

In qualitatibus, ſeu circumſtantiis alienationis ſequentia attendenda. 1. Ut alienatio facta ſit verè. 2. In fraudem, *Iaſ. in d.*§.*6.n.7.* ſcilicet hominis, non legis, quæ ipſo jure nulla eſt.

Quibus probatis, Judex, reſciſsâ alienatione, pronuntiat rem manſiſſe in debitoris bonis. *Lud. Mainus.lib.2.de action.*

II. *Actio Calviſiana*, & *Fabiana*, (*Paulianæ vicina*,) quâ reſcinditur alienatio, à liberto, in fraudem patroni, facta, ut in ſuperiori, *l. 1. pr.* & §.*26.* & *paſsim. ſub.tit.ff. ſi quid.in fraud. patro.fact.*

III. Vel *de rebus oppignoratis*, *Serviana*, §.*7. Inſt.de action.* Vel *Verè Serviana*, quâ experitur dominus de rebus coloni, in prædium illatis, quæ pignoris jure pro mercede, aut deterioratione fundi, expreſſo pacto ei debentur. Vel *Quaſi Serviana*, ſeu *Hypothecaria*, *d.* §. *7.* quâ creditores qualiacunque pignora hypothecaſque, ſive tacitè, ſive expreſsè obligatas, perſequuntur, ut ipſi potius eas ad ſervandum ſibi debitum habeant, quam debitor, vel quiſquam alius.

In Serviana hæc ſunt. 1. Ut detur domino qui

qui rem colono locavit. 2. Res ſint in bonis coloni. 3. Expreſsè obligatæ, & ejuſmodi ut potuerint obligari.

In Quaſi Serviana. 1. Ut detur creditori, vel jus pignoris habenti. 2. Eo tempore quo jus pignoris conſtituebatur fuerit res in bonis debitoris. 3. Ut jus pignoris conſtitutum fuerit.

De exceptionibus.

CAPUT XXIV.

EXceptio, eſt rei conventi defenſio, *l. 9. l. 11. C. de except.*

1. Eſt vel *Nominata*, certo nomine in jure deſignata; quales ſunt plures. Vel *Innominata*, jure non definita, ſed ex facto incidenti concepta; quæ generali nomine exceptio in factum dicitur, *l. 2. §. 5. De dol. exc. l. 14. De except.*

II. Aliæ ſunt *Civiles*, quæ proficiſcuntur ex legibus, vel iis quæ vicem legum obtinent; Vel *Prætoria*, quæ ex juriſdictione Prætoris ſunt, ut doli, & pleræque aliæ; *ut quæ in naturali magis æquitate, quam in jure fundatæ ſunt.*

III. Quædam ſunt *perpetuæ*, quæ agentibus ſemper obſtant ubi, & quandocunque agitur (e. g. *doli, l. 6. C. eod.*) *peremptoriæ* dictæ, *quod vires principalis negotii exhauriant, l. 2. C. de prec. Imp. off.* Pertinent ad actionem ipſam, ipſaque cauſſæ merita; ſuntque de judicio conſtituto finiendo. Quædam *temporales*, quę tantum obſtant ad certum tempus. *Dilatoriæ* dicuntur, quod actionem ad tempus ſuſpendant tantum. Pertinent vel ad *actionem ipſam*, ut *pacti, præſcriptionis, tranſactionis, &c.* Vel *ad proceſ-*

proceſſum, quæ ſumuntur à perſonis judicii; ut *fori declinatoria, procuratoria, &c.*

Exceptioni ab actore opponitur *Replicatio*; huic *Duplicatio* à Reo; duplicationi *triplicatio*; triplicationi *quadruplicatio*; atque ita ulterius, donec concludatur.

Fert quandoque caſus, ut actor rei, reus actoris partes ſuſtineat.

De judiciorum diſtributione ſecundum ſpecies.

CAPUT XXV.

JUdicia dividuntur I. *Ex Objecto*, In *Publica* & *Privata, l. 7. De publ. jud.*

Publica, quæ utilitatis publicæ tuendæ, & conſervandæ cauſſa potiſſimum inſtituuntur.

Quæ ſunt, vel *popularia*, quibus cuſtoditur jus populi, quo ad commodum ſui utitur, *l. 1. De pop. act.* & cuivis de populo patent; *l. un. §. 9. ff. ne quid in flum. pub.* maſculis tamen, non fœminis; & illis non niſi puberibus, niſi fortè ad fœminas, & impuberes res pertineat, *l. 6. De pop. act.* & ſi perſonæ ſint integræ, *l. 4. ff. eod.*

Pluribus concurrentibus, præfertur is, cujus privatim etiam ſimul intereſt, l. 3. §. 1. ff. eod. *atque ſi æquales ſint, maximè idoneus*, l. 2. ff. eod.

Sunt duplicia; *Quædam* ita tuentur jus publicum, ut populi videantur eſſe propria, nullius privati. Ut *interdictum de albo corrupto in l. 7. De juriſd. &c. Quædam* ut ejus utilitas non niſi privati alicujus eſſe videatur; *Ut de ſepulchro violato, l. 3. in fin. De ſepul. viol. &c.*

Vel *criminalia*, quibus delicta publicè vindicantur. Hoc eſt, quoties pœna corpori, vel pecuniaria fiſco, applicatur.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Quæ vel *verè publica* ſunt, quorum origo eſt ex lege publicorum judiciorum, *l.* 1. *De pub. jud.* vel *quaſi*, quorum perſecutio non eſt tali lege conſtituta. *Talia ſunt omnia judicia, in quibus agitur criminaliter, præter ſuperiora.*

Privata ſunt in quibus agitur de jure hominis privati, *l.* 4. *ff. eod.* Vel rei familiaris cauſſa; *Quod fit inſtitutâ actione reali, vel perſonali ex conventione*: vel vindictæ; *actione ex delicto. Quæ civilia* dicuntur; *ita ſcilicet ut pœna applicetur parti læſæ.*

Mixta dicuntur in quibus communicatio fit pœnæ inter fiſcum, & privatum. *Boſſ. in tit. de appel. n.* 8.

II. *Ex forma, (quæ olim ritus & ordo,* §. fin. De interd. *hodie proceſſus dicitur :)* ſunt vel *ordinaria*; in quibus ſolennis ordo ſervatur: vel *extraordinaria*; in quibus ſine ullo ſtrepitu, & figura judicii de plano proceditur.

Extraordinaria eſſe omnia Iudicia dicit Imperator, in d. §. *fin. Quia abolitus antiquus ille mos, qui erat in formulis ſolennibus, & earum interpretatione, aliiſque.*

Veſtigia ordinis judiciarii antiqui.

CAPUT XXVI.

ORdo tam antiquus; quam novus, conſiderandus in duobus. In *rei controverſæ diſceptatione*. In *ejus definitione*. Veteres utrumque diſtinxerunt his voculis. *In jure agere, & in judicio agere*, ut in Jure diſceptaretur juris, in Judicio facti quæſtio.

In jure agere, eſt coram magiſtratu, de jure ſuo, experiri. *In judicio agere*, eſt apud judicem quæſtionem facti diſceptare.

Ad hoc

Ad hoc primò neceſſaria erat *actionis editio*, quâ acturus declarabat, ex qua Edicti parte actioneque acturus eſſet, ut ſciret reus, contendere deberet, an cedere.

Actionis nomen debebat exprimere, & vel deſcribendam, vel libello comprehenſam Reo dare, vel ex libello dictare, vel ipſum ad album Prætoris ducere.

Actione editâ impetrare debebat facultatem agendi à Magiſtratu cujus de eâ re juriſdictio erat.

Eo fine adverſarium *in jus*, hoc eſt, ad Prætorem, eumve qui Juriſdictioni præeſt, juris ſui experiundi cauſſâ, *vocabat*: vel ſolus, vel cum eo viator. *Ille nullo, hic juſſu Magiſtratus præeunte*.

Vocatus protinus debebat ſequi vocantem, aut eo nomine ſatiſdare: Recuſans; obtorto collo trahi invitus poterat, nec licebat cuiquam eum eximere. Vocatum tamen ſequendo, & ſatiſdando immunem faciebant feriæ, dilatio, & voluntaria vocantis remiſſio.

Cum in jus ventum eſſet Vocans exponebat deſiderium ſuum, & poſtulabat ſibi dari agendi poteſtatem, formulam, judicem: Reus proponebat exceptiones, & forma quodammodo futuri judicii conſtituebatur.

Magiſtratus, priuſquam daret quod petebatur, cognoſcebat de facto, an, & quomodo ei actio competere poſſet. Quare agebatur cauſſa apud ipſum ſummatim, quantum ſatis ad hoc eſſet, ut de jure Magiſtratus ſtatueret, & tum demum actionem dabat, vel denegabat.

Dabat concedendo agendi facultatem, &

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

præſcribendo formulas, ita ſolenniter conceptas, ut Actor, ſi in iis in judicio proponendis in minima ſyllaba erraſſet, causâ caderet.

Concipiebantur vel *purè*, vel *cum exceptione, replicatione, &c.* Quæ & ipſæ poſtulabantur, & interdum negabantur; interdum cum actione dabantur; ſed & non datæ expreſſim, bonæ fidei judiciis inerant.

Cum magiſtratus dandam actionem ſtatuiſſet, diſpiciebatur, ex bonâ fide, an jure ſtricto formula eſſet concipienda ſecundum quam actor ageret, & futurus judex judicaret. Tum dabatur judex, litigatoreſque dicebantur judicem accipere, hoc eſt, *litem conteſtari*; quod in jure ad ſellam Prætoris ac tribunal fiebat. *Atque ita litis conteſtatione jus deſinebat, & judicium incipiebat.*

Agebatur etiam in jure *incidenter* de jure magiſtratus, ad quem quis vocatus erat; an ad eum Juriſdictio de re controverſa pertineret, *l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non. Poterant partes Magiſtratus alicujus juriſdictionem prorogare.*

Agebatur etiam de perſonis litigantibus, an haberent perſonam ſtandi in judicio, ſive principales eſſent, ſive acceſſoriæ: de juramento calumniæ: de ſatiſdatione: de judice item, an dari, an in eâ cauſsâ, poſſet.

Cognitionem magiſtratus de jure ſequebatur *citatio ad diem*, quo per litis conteſtationem jam reus factus, compariturus eſſet apud judicem.

Proxima erat cognitio judicis de facto ſuper quo partes diſceptabant. Diſceptationibus utrimque factis, judex pronuntiabat, & jus ſibi à Magiſtratu in forma præſcriptum declarabat, atque facto accommodabat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Ea pronuntiatio dicebatur judicis ſententia. Quæ, niſi ab ea ſupplicaretur, aut appellaretur, tranſibat in rem judicatam; ac tum ſecundum cujuſque actionis qualitatem à magiſtratu, qui judicem dederat, executioni mandabatur.

Cum apud judicem ex compromiſſo partium aditum apud veteres agebatur, omnis illa, quæ aliàs in jure vertebatur quæſtio, item atque illa etiam quæ de facto erat propoſita quæſtio, apud eum agitabatur. Prius illa, hæc poſterius: illa non niſi ut appareret, an actio competeret, & quæ ad perſonarum legitimationem ſpectabant. Nulla hic erat actionis ſolennis impetratio, formularum præſcriptio, judicis datio; idemque erat, qui de jure, & de facto cognoſceret. Dicebantur hęc arbitria magis, quam judicia; quod omnis judicis poteſtas ex arbitrio litigantis eſſet.

De quibus tamen dicitur, quod inſtar judiciorum redacta ſunt; hoc eſt, eadem in illis obtineant, & præſtanda ſint, quæ in judicio à magiſtratu conſtituto, & quod ipſorum eadem ſit, quæ judiciorum auctoritas.

De proceſſu judiciario novo, & primum de actionis editione.

CAPUT XXVII.

Hodie, contra quam olim, quę in jure & judicio expediebantur fiunt apud eundem; ut idem ſit plerunque judex & magiſtratus. Quæ olim in jure fieri dicebantur, hodie ſunt judiciorum præparatoria. Quo fit, ut quæ coram judice fiunt, plerunque dicantur fieri in judicio.

Eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Eorum quædam ſunt *diſceptationis*, hoc eſt, cauſſæ deducendæ; & habent locum uſque ad ſententiam; quædam *deciſionis*; quæ fiunt cauſæ terminandæ, & exequendæ cauſſa.

Illa ſunt, vel *præparatoria*, vel *ipſius judicii*.

Præparatoria, ſunt vel *ſubſtantialia*, vel *incidentia. Illa ſunt Actionis editio* & *Citatio*.

Actionis editio, eſt futuræ litis deſignatio. Fiebat olim adverſario, hodie judici; eſtque querela judici pro tribunali ſedenti expoſita, cum narratione controverſiæ, de qua adverſus adverſarium eſt acturus, ut ſibi adverſus illum citatio, & proceſſus neceſſarii decernantur.

Fit vel per libellum ſupplicem, (*qui ex eo appellatur ſupplicatio pro decernenda citatione, & aliis proceßibus, quod eam petat prævia controverſia ſummariâ recenſitione.*) vel, eo omiſſo, per libellum, quo ipſa actio protinus deducitur; (*qui libellus actionis, & meritorum dicitur.*)

Supplex libellus ita concipi debet, ut ex ejus viſceribus libellus actionis formetur.

Per illum ſi fit actionis editio, decretâ citatione, ejus nulla amplius habetur ratio, neque ullus ejus effectus ſupereſt ulterior.

Creditur Supplicationis narratis quoad juriſdictionem, & proceſſus decernendos, l. 19. De juriſd. ſi quid poſtea diverſum proponatur, proceſſus caſſantur.

Citatione factâ, in termino comparitionis actor tenetur offerre *libellum actionis*. Per hunc ſi actionem edat, eum ante oblatum ſufficit: quem tamen ut effectum libelli meritorum habeat; in termino comparitionis debet reproducere.

Unde.

Unde cum diverſos habeat effectus, interdum prior, interdum poſterior eſt citatione.

Editione factâ, *judex cognoſcit*, an citatio, & proceſſus decernendi ſint, nec ne. Si deficit juriſdictio, & actio edenti non competit, negatur. Si fundata eſt, & quid aliud non obſtat, decernitur.

Etiam tum cum de eo dubitatur; Sed tum plerunque cum clauſula, periculo ſupplicantis.

Jure Pontificio, uſu confirmato, hodie ſufficit, factum ita narrari, ut ex eo aliqua actio commodè elici poſſit, *Gail. d. obſ.61.n.2. & ſeq.* nec neceſſe eſt, ut olim, actionis nomen edi. *Villal. in Theſ. com. opin. lit. A. §.37.*

Hæc in civilibus: In Criminalibus modus ferè idem, niſi quod per inquiſitionem accuſatio nonnunquam inſtituitur, hoc eſt, per indagationem ejus qui crimen commiſiſſe dicitur, aut de quo ſuſpicio eſt: Quam carcer ut plurimum comitatur.

De citatione.

CAPUT XXVIII.

Citatio jure veteri diſtincta erat à vocatione in jus. Hæc fiebat privata autoritate ab eo qui acturus erat, cum nondum ventum eſſet in jus: Illa tam in judicio, quam in jure; imo & extra jus, autoritate publicâ. Hodie utrâque promiſcuè utimur, ſi quidem de contentioſis loquamur, utpote ad quas ſolas pertineat vocatio in jus, cum citatio etiam locum habeat in extrajudicialibus.

Citatio eſt autoritate magiſtratus, ad ipſum qui jus vocandi habet, facta vocatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Eſt. 1. *Iudicialis*, facta à judice in cauſſa controversâ judicialiter.

Decernitur regulariter (ſed non niſi auctoritate judicis, *l. 2. l. 8. C. quom. & quan. jud. Duen. reg. 97.*) ad petitionem alterutrius partis in cauſſis civilibus privatis: *c. ſignificaſti. de for. comp. Duen. reg. 96.* Ex officio judicis, ut plurimum, in cauſſis publicis, & criminalibus, *c. qualiter de accuſ. Gail. 1. obſ. 50. n. 4.* Neceſſario facienda, ad quemcunque actum ex quo præjudicium alicui creari poſſit, ſi ejus qui citatur interſit, *l. 47. De re jud. c. 2. de teſt. Duen. reg. 92.* & res cauſæ cognitionem deſideret. *Mynſ. cent. 2. obſ. 6.*

Hodie, ex ordinatione Cameræ, fit ſemel ad totam cauſſam ab initio. Gail. 1. obſ. 51. n. 10. *Niſi in cauſſis purgationis, & in proceſſu l. diffamari.* Gail. d. loc.

Utraque autem citandi ratio juri eſt conſentanea. ut prob. Mynſ. 4. obſ. 33.

Eſt autem in omni lite, *Gail. 1. obſ. 48.* etiam notoria, *Duen. reg. 92. Diaz. reg. 77.* facienda, nec Princeps quidem eam poteſt omittere. *Mynſ. 6. obſ. 6.* Niſi fortè de plenitudine poteſtatis, *Duen. reg. 532.* aut juſta cauſſa ſubſit. *Gl. in l. antea. ff. ex quib. cauſ. ma. & l. nec cauſas. C. de appell.*

Citatione non eſt opus, aut certè non ad omnem actum, ubi non eſt opus cauſſæ cognitione: *l. fin. C. ſi per vim. l. 9. §. 1. De off. proc.* quando præſens actum impedire non poteſt; *Auth. ſemel. C. quom. & quand. jud. Bal. in d. l. 9. §. 1.* aut alioqui nihil allegare poteſt; *Ioſep. Lud. dec. Peruſ. 17. n. 11.* aut in judicio præſens eſt; *Socin. reg. 378.* aut citatus ſe venturum negavit.

gavit. *Gl. in l. fin. & ibi Bart. 6. verſ. redeo. ff. de in int. reſt.* & ſimilibus.

In conceptione citationis exprimenda ſunt, 1. *Nomen & cognomen judicis citantis.* Ut citatus ſciat ſe à judice, & quidem competente, eſſe citatum.

Ab incompetente citatus in dubio debet comparere, & de incompetentia docere, Gail. 1. obſ. 16. n. 3. & obſ. 48. n. 8. *ſuper qua citans cognoſcet.* d. obſ. 48. n. 10. *Si notoriè non eſt competens, citanti extra territorium impunè non parebit,* d. obſ. 48. n. 9. *Licet ei tamen incompetentis juriſdictionem prorogare.*

2. *Nomen & cognomen citati: Gail. d. loc.* Si plures ſunt, omnium: *Sub generali conſortium nomine citatus non tenetur comparere.*

3. *Nomen & cognomen illius ad cujus inſtantiam citatio decreta; Gail. 1. obſ. 50.* Niſi ex officio judicis citatio ſit decreta, cujus tum ſit mentio.

4. *Cauſſa ob quam: Gail. 1. obſ. 51.* Ad unam autem cauſam citatus; ad aliam etiam ad quam citatus non eſt, reſpondere cogitur.

5. *Locus in quo citatus compareat;* Qui debet is eſſe, in quo more majorum jus dici judicarive ſolet, niſi neceſſitas coëgerit transferre; & tutus quidem. *Wurmſ. tit. 6. obſ. 5.*

6. *Tempus quo compareat; Gail. 1. obſ. 53.* Quod debet eſſe juſtum, habitâ ratione diſtantiæ locorum judicii, & ejus ubi citatus verſatur; & legitimum, *id eſt, quo judicialiter agi poteſt.*

Vulgare tempus citationis ſimplicis eſt dierum decem, peremptoriæ triginta, *l. 68. & ſeqq. De judic.* Hodiè in nonnullis judiciis ſeptimanarum ſex, & trium dierum, computan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

dorum à tempore citationis inſinuatæ. Si terminus incurrat in diem feriatum, proxima die non feriatâ, id eſt, juridica, comparere tenetur. *Gail. d. obſ. 53. n. 1. & 2.*

7. Si judex citans, eſt delegatus, inſeret citationi *tenorem ſuæ commiſſionis*, & in termino comparitionis in originali exhibebit videndam, *d. Auth. qui ſemel. Gail. d. obſ. 48. n. 17.*

In citationis conceptæ expeditione conſideranda. 1. *Commiſſio judicis*, data nuntio de citatione decreta, & concepta exequenda & inſinuanda. *Gail. 1. obſ. 54. Quæ non præſumitur facta, niſi probetur*, Gail. d. obſ. 54. n. 4. *aut conſuetudine aliud ſit receptum.* Mynſ. cent. 1. obſ. 10. num. 5.

2. *Executio citationis, inſinuatio* dicta; Fieri debet ipſi vocato, ſi ejus conveniendi ſit copia; ſi non, ſufficit fieri ad ejus domum, aut eo loci publicè affigi, in quo ut plurimum morari ſolet, & undè notitiam citationis facilè habere poſſit. *Gail. d. obſ. 54.*

3. *De inſinuatâ citatione relatio executoris*, quando facta, quid vocatus reſponderit, aut circa executionem citationis alias actum ſit, *Gail. d. obſ. 54. Cui executoris relationi creditur. Mynſ. cent. 6. obſ. 10. n. 7.* Facta, ad acta regiſtranda eſt. *Mynſ. d. obſ. 10. n. fin.*

Citatio ſupradictis non conſtans licet invalida ſit, nec effectum contumaciæ producat, convalidatur tamen per citati comparitionem. Gail. 1. obſ. 58.

Citatio 1. *A forma.* Eſt vel *Privata*, eaque vel *Verbalis*; Et fit aut *denunciatione* in faciem vocati; vel ipſius, vel ipſius procuratoris; plerunque in loco judicii: aut *ſcripto*; vocato ſcripti copiâ relicta, originali cum retroſcripta

execu-

executione ad acta regiſtratâ. Vel *Realis*, manus injectione; Et fit regulariter in criminalibus corporis pœnam continentibus, ut verbalis in civilibus: Utraque tamen etiam tam in civilibus quam criminalibus. Realis tamen in civilibus rarius, niſi urgente cauſſa. *Puta ſi debitor ſit de fuga ſuſpectus.*

Vel *Publica*; quę fit *per edictum*, vel *proclama*. (*Uterque modus paribus paßibus ambulat. Marant. in Spec. p. 6. §. porro. n. 95.*) Tunc demum permiſſa, quando quis alio modo citari non poteſt. *Wurmſ. tit. 6. obſ. 8.*

Edictum affigitur loco domicilii citati; aut ubi ut plurimum verſari ſolet; aut undè citatio ipſi commodè poteſt innoteſcere. *Proclamate* fit, præcone publicè citationem denuntiante.

Per *tubam & campanam*, extrajudicialis potius eſt, & potius univerſitatis, quam ſingulorum hominum.

II. *Ab Effectu*, eſt vel *Simplex*, quæ de jure habet dies decem. Poſt quam non comparente citato, ſecunda, & tertia, decernitur. Vel *Peremptoria*, poſt quam, emanente citato, proceditur in contumaciam: *Talis ſola hodie ferè in uſu eſt, ut quamprimum decernatur, & tot dies in ſe habeat, quot alias tres ſimplices habituræ eſſent.*

Poſt peremptoriam alia quidem de jure non ſupereſt, ſed ex conſuetudine etiam arctior interdum, pro ratione circumſtantiarum, decerni ſolet. Quæ plerunque fieri ſolet ſub comminatione aliqua pœnæ. *De his vid. Wurmſ. tit. 6. obſ. 1. 2. & 7. Hart. tit. 3. obſ. 1.*

Extrajudicialis eſt, de re alia, quam quæ judicialiter controverſa eſt, ad magiſtratum, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

judicem vocatio. Non quidem adeò, ut prior, ſolennis; tamen eadem in effectu habet requiſita.

Citationis finis, eſt comparitio. Defenſionis præparatio, *clem. paſtoralis. de re jud. Marant. par. 6. De citat. n. 13.*

Quod enim dicitur. 1. *Per eam litem pendentem fieri* clem. 2. ut lit. pend. 2. *Iuriſdictionem tam quoad partem*, clem. 1. de jud. ubi Gl. c. gratum de off. deleg. *quam quoad judicem præveniri*, l. 30. & ibi. Dd. de judic. Canon. in c. ſi duo. de procur. n. 6. 3. *Iuriſdictionem*, d. c. gratum. c. relatum eod. d. clem. 2. Gl. in d. clem. 1. 4. *Et actionem perpetuari*, l. fin. C. de præſc. 30. vel 40. an. 5. *Induci vitium litigioſè*, Auth. litigioſa. & ibi Dd. C. de litig. 6. *Interrumpi præſcriptionem longiſſimi temporis, &c.* l. 3. 4. & 7. C. de præſc. 30. vel 40. an. *conſequentia magis ſunt citationis, quam finis.*

De Libello.

CAPUT XXIX.

POſt impetratos proceſſus, & citationis executionem, ab actore vel offertur, vel reproducitur (pro diverſitate editionis) libellus actionis, ejuſque exemplum, citato, ſi compareat, vel procuratori ejus (niſi unà cum citatione à judice ſit tranſmiſſus. *Auth. offeratur. ubi Gl. & Bart. C. de lit. cont.*) datum.

Libellus, eſt ſcriptura (nam in ſcriptis, niſi in cauſſis brevioribus dandus, *d. Auth. offeratur Bart. in Auth. Niſi breves. C. de ſent. 11. ex per. recit.*) actoris intentionem continens.

Eſt de ſubſtantia judicii, *per. c. 1. de lib. obl.* debetque in omni cauſſa tam Jure Civili, quam

quam Canonico (*exceptis aliquibus caſibus Spec. de libel.obl.* §. *nunc videndum*) offerri. *Socin.reg.* 233.*per.d.c.*1.

Eſt vel *articulatus*, vel *non articulatus*, ſed ſerie continuâ actoris intentionem continens.

Uterque conſideratur. 1. *Secundum ſuam ſubſtantiam*, quæ, in *actione civili* poſita eſt in *narratione* & *concluſione*, in *criminali*, in *narratione* ſolùm neceſſariò quidem. *Quod concluſionem in libello accuſationis non ſubjicere, in agentis eſt arbitrio.* Gail. 1. obſ. 6. n.14.& n.15.

Narratio, eſt de facto controverſo, haud raro etiam de jure. Jus libelli propoſitionem continet, factum aſſumptionem, ſive τὸ κρινόμενον. *Concluſio*, eſt petitio narrationi ſubjecta.

II. *Secundum qualitatem*. 1. In *Narratione* ut ſecundùm actionis requiſita proponatur, in criminalibus locus, & tempus (*non dies præciſe, Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 49.) perpetrati criminis exprimatur. Quod & ſi actione de jure & facto infamante agatur, ſimiliter requiritur. *Wurmſ. tit.* 9. *obſ.* 2. Item in libello de crimine civiliter recepto requirit *Bart. & Iaſ. relati à Wurmſ.d loco.*

2. *In concluſione*, ut apertè formetur. *Si quidem in eâ forma libelli dicitur conſiſtere in civilibus, & ex eo libellus dijudicatur. Bald.in l.*2.*n.*2. *verſ.præterea.C.de probat.*

3. *In toto* requiritur. 1. Ut ſit aptus. *Ineptum enim judex ex officio rejicit*; Gail.1.obſ.66.n.9. *Propter partis autem ineptitudinem non viciatur in totum.* Gail.d.obſ.66.n 10.

An Aptus ſit nec ne, ex concluſione potiſſimum animadvertitur. *Gail. d. obſ.* 61. *n.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Tamen quoad ejus fieri poteſt eſt ſuſtinendus, *Mynſ.cent.4.obſ.5.* modò apta ſit intentio, *Gail. d. obſ. 61. n. 16.* & jus actoris ex narratis colligi poſſit, *arg.l.2.C.de form. & imp.ſubl. & ibid. Gl. in verb. ſi aptam. Matheſil.ſing. 9. n. 1.* Quin verba ad hoc impropriãda ut ſalvetur, *l. 67. & ibi Curt. Iun. n. 15. De judic. Bart.in l.1.C.de uſufr.*

II. Ut *clarus & certus*; *Gail. 1.obſ.62.n.2.* non obſcurus, *Dd.in l.1. De edend.Diaz.reg.437.Procedit tamen, ſi de obſcuritate contra eum non opponatur ſi quidem ex actis declarari poteſt. Mantuan. ſing.273.n.1.& ſing.531.*

III. *Sibi ipſi conveniens:* Nec enim contraria allegans audiendus. *Gail 1.obſ.79.n.8.*

IV. *Non conditionalis*, aut *alternativus*. Diaz. reg.438.&439.Gail.d.obſ.62.

Acceſſoria libelli ſunt. 1. *Præfatio*, quæ habet nomen judicis, agentis, rei, implorationem officii judicis ad compellendum reum ut litem conteſtetur, & ad libellum reſpondeat, duas clauſulas ordinarias unam, quod non ſolennis libelli, ſed qualis qualis narrationis facti forma offeratur. Alteram quod actor ſeſe ad ſuperfluam probationem non adſtringat.

II. *Narrationis coloratio*; quæ eſt, in rerum controverſarum confirmatione, quæ ſi abſit, narratio, & ad eam accommodata actio, nihilominus valeat.

III. *Actionum cumulatio*, hoc eſt, plurium in eodem libello conjunctio (quæ regulariter permiſſa, *arg.l.28.§.2.ff.ex quib.cauſ.major.*)

Fit factorum diverſorum narratione, & ad ea ſubjecta petitione. *Tot enim cenſentur eſſe actiones, quot ſunt facta. Gail.de pign.obſ.19.n.2.*

IV. *Expen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

IV. *Expenſarum judicialium petitio*; Non neceſſe tamen, ut nominatim petantur. *Gail.* 1. *obſ.* 151. *n.* 21.

V. *Clauſularum in fine adjectio*; quæ quod ea ſalvent quæ alias videntur vitioſa, ſalutares dicuntur. *Gail. d. obſ.* 61. *n.* 11. *Mynſ. cent.* 4. *obſ.* 55.

Tales ſunt, *omni meliori modo, omni ſalubriori modo, petendo jus, & juſtitiam adminiſtrari*; *implorando officium judicis*. Ad finem libelli hæc *ſalvo jure addendi, detrahendi, corrigendi, mutandi, atque in totum tollendi*, ſubjici ſolet; effectum habens, ante litis conteſtationem, & non aliter niſi expenſis refuſis, poſt nullo modo conceſſa.

De incidentibus præparatoriorum judicii.

CAPUT XXX.

INcidentia *præparatoriorum judicii* ſunt, quæ licet à judicio abeſſe poſſint; fit tamen ex accidenti ut quandoque eorum, vel omnium, vel quorundam habenda ſit ratio. Talia ſunt

I. *Contumacia*, quæ committitur non parendo citationi legitimè factæ; vel comparendo quidem, ſed quod fieri debuit omittendo, & non agendo.

Idque vel ex *parte actoris*, vel *rei*.

Si in termino citationis *Actor in cauſſa civili* non compareat, Reus autem ſe ſiſtat; petit, ut vel terminus pro circumducto habeatur, ac ipſe ab inſtantiâ abſolvatur, Vel in cauſa quidem procedatur, Reuſque probandi onus in ſe recipiat, *vid. Gail.* 1. *obſ.* 59. & ſecundum eum, qui juſtam cauſſam foverit, in principali cauſſa pronuntietur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Reo ab inſtantia abſoluto, via tamen actori ad agendum patet, ſed refuſis prius expenſis.

Sententiâ in principali cauſſa latâ, & Reo abſoluto. Actor amplius non auditur, ei, ut cõtumaci, appellationis viâ præcluſâ. Socin.reg.104. & 105.

In criminalibus judex emanentis accuſatoris vices ſupplet. Ita ut Reo, ſi magiſtratus velit, in cauſſa principali ſit procedendum, nec facultatem habeat petendi ut ab obſervatione judicii abſolvatur.

Reo non comparente, Actori tribus proviſum modis. 1. Ut procedat in cauſſa principali, litem pro conteſtata, articulos pro confeſſis acceptari petat, *Mynſ. cent.* 4. *obſ.* 66. atque in cauſſa ad probationes procedat, judicemque faciat controverſiam ſententiâ terminare: tum contumax condemnetur in expenſas, etſi cauſsâ ſit ſuperior. *Duen. reg.* 152. *Gail.* 1. *obſ.* 60. 2. Agat ad pœnam banni, vel proſcriptionis. 3. Ut pro actionis intentatæ qualitate poſtulet mitti in Rei conventi bonorum poſſeſſionem.

Fit hoc *decreto* judicis, hoc eſt, magiſtratus, ſeu judicis juſſione.

Eſtque vel *Primum*, quod interponitur bonorum cuſtodiæ cauſſa, ut reus ex tædio veniat & reſpondeat; eoque Actori pignus conſtituitur, quod dicitur Prætorium.

Vel *Secundum*, quo is qui ex primo decreto miſſus erat cuſtodiæ cauſſa, poſt annum elapſum mittitur, ut revera rem poſſideat.

Reo ante annum comparente, tollitur miſſio ex primo decreto, modò expenſas factas Actori reſtituat, & caveat de judicio ſiſti.

Quod decretum in actione perſonali, non reali, locum habet.

Contu-

Contumax nemo intelligitur, niſi poſt accuſatam contumaciam. Gail. 1. obſ. 55. n. 6.

11. *Procuratoris conſtitutio*. Liberum enim eſt litigatori, perſonam ſtandi in judicio habenti, etiam per procuratorem comparere, *pr. Inſt. de iis per quos ag. poſſ. Niſi cauſſa ſubſit, cur judex velit eum in perſona comparere.* VVurmſ. tit. 52. obſ. 4. *Ad quod regulariter nemo citari debet.* Duen. reg. 95. *nec poteſt à judice inferiore, niſi in caſibus permiſſis.* Schen. Baro in viridar. concl. 44. tom. 1. Pontifex tamen & Princeps id poſſe dicuntur, *c. cum dilecti. de dol. & cont. c. fin. de major. & obed.*

Standi in judicio perſonam regulariter quiſque habet. Niſi *Naturâ*, ut infans, impubes, furioſus, morbo ſontico laborans, & quicunque ita corpore affectus eſt ut rebus ſuis ſupereſſe non poſſit. Aut *Lege*, ſervi, *l. 6. C. de jud.* minores, *l. 12. C. de procur.* prodigi, prohibeatur.

Perſonæ illuſtres non ipſæ quidem judicio intereſſe, per procuratorem tamen poſſunt, *l. 25. C. eod.* Item fœminæ, *l. 2. De R. I. Niſi lis ad ipſas pertineat, aut injuriam ſuorum perſequantur, l. 41. ff. eod. aut nemo ſit qui ipſarum patrocinium ſuſcipiat.*

Non poteſt expediri per procuratorem, cauſſa ſtatus, *l. 1. C. de adſert. toll.* publica, popularis, *l. 5. De pop. act.* & criminalis, in qua gravior pœna relegatione. *Niſi forte ad allegandas abſentiæ cauſſas,* l. pen. §. 1. De pub. jud. Petr. Gerar. ſing. 63. n. 1.

Hodie in judiciis plerunque agitur per procuratorem.

Procurator, eſt qui negotia aliena gerit, alterius mandato, (ſine eo *falſus procurator eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Gl.in l. falſus. C. de furt.) ſive is verè ſit dominus,ſive domini loco: modò mandare potuerit.

Qui vel extra judicium eſt, vel in judicio, & ad litem dicitur, *Paul.* 1.*ſent.*3. de quo hic ſermo.

Mandatum eſt vel *generale*, ad omnes & quaſvis cauſas præſentes,futuras: Vel *ſpeciale*, ad unam pluresve,eaſque præſentes.

Debet de eo conſtare in judicio. *Iaſ. in l.* 5.§.18.*n.*4.*ff.de oper.nov.nun.*

Interdum tamen præſumitur pro procuratore, etſi de mandato non conſtet. Mynſ.5.obſ.80.

Conſtat de eo,vel *conſtitutione procuratoris apud acta, vid. Wurm.tit.*5.*obſ.*28. *qui inde apud acta conſtitutus dicitur.* Vel *ſcripturâ*,legitimâ ſuper ea re confectâ; quæ, fatente eo qui conſtituit ſe velle eum eſſe procuratorem ſuum, continet omnes clauſulas ex lege, vel conſuetudine requiſitas.

Continet ſcriptura illa,nomen mandantis, procuratoris,judicis, vel judicii, cauſſæ deſignationem, ſi ſpeciale ſit; vel ſi generale, generaliter ſub appellatione omnium cauſſarum, quas mandans in judicio nunc habet, aut habiturus eſt.

*Cæteræ clauſulæ ſunt litis conteſtationis, juramenti calumniæ, ſubſtitutionis alius procuratoris, revocationis ejus, ſatiſdationis & cautionis hypothecariæ; Mynſ,cent.*4,*obſ.*99.

In mandato univerſitatis exprimendum illud datum eſſe ab univerſitate, ſimul congregata, vel ſaltem majore ejus parte. *Mynſ. cent.*8.*obſ.*76.*Gail.*1.*obſ.*46.*n.*6.

Debet ſtatim in ipſo judicii ingreſſu exhiberi: Si antequam exhibeatur quid actum procura-

procuratorio nomine,ex clauſula ratihabitionis procuratori inſerta,confirmatur.

Poteſt etiam mandatum per teſtes probari. *Diaz.reg.*609. Præſumitur illud habere,qui inſtrumenta habet ad cauſſam quæ agitur pertinentia. *Ioſ.Lud.dec.Peruſ.*110.*n.*4.

Sed & poſſunt ab actore,vel Reo in eadem cauſſa etiam plures procuratores conſtitui.

Mandatum non habens etiam admittitur, ſi de rato, ſimulque de mandato exhibendo caveat. Sed modò uſque ad litem conteſtatam. *Benintend.deciſ.Bonon.*18.

Sine mandato alieno nomine poſſunt litigare perſonæ conjunctæ, *Diaz.reg.*129.*Duen. reg.*123. ut parentes & liberi, conjuges, *Ioſ. Lud. concl.* 32. magiſtratus & ſubditus; ſocius & ſocius. *Ioſ.Lud.d.deciſ.*110.*n.*54.

Excipe cauſſas in quibus ſpeciale mandatum deſideratur. *Schen.in virid.concl.*109.

Tales ſunt cauſſa reſtitutionis in integrum, *l.* 25. §. 1. *De minor.* juramenti in animam alterius præſtandi, *Gail.*1.*obſ.*91.*n.* 19. compromiſſi faciendi, *Duen.reg.*482. impetrandæ quartæ dilationis, *Gail. d.obſ.*91.*n.*19. & multo magis ejuſdem prorogationis. *Gail. d.loc.* tranſactionis, *Gail.* 2.*obſ.*72.*n.* 12. acceptandæ poſſeſſiones nomine alterius. *Ioſ.Lud. dec.Peruſ.*29.*n.*4.

Sed in hiſce aliiſque judicii partibus uſus cujuſque fori attendendus.

Si quid circa mandatum à litigantibus omiſſum eſt, judex ex officio, etiamſi in cauſſa concluſum ſit, reſciſsâ concluſione, injunget parti deficienti, ut de poteſtate ſibi conceſſa doceat. *Alex.in l.licet.n.*6.*C.de proc.*

Procurator mandato renuntiare de jure

ſcripto poteſt ante litem conteſtatam, *Gail.* 1. *obſ.* 46. *n.* 8. *& obſ.* 74. *n.* 10. poſt non, *Cap. Tholoſ.* 277. (*niſi expreſſis jure cauſſis.*) In Camera aliiſque judiciis nec ante, nec poſt admittitur, niſi cauſſis legitimis ſupervenientibus: de quibus, *l.* 8. *& ſeqq. de procur.* Sed non niſi domino conſentiente; aut eo diſſentiente cauſſa cognita, & quidem judicialiter. *Ben. dec. Benon.* 80. *Mynſ.* 5. *obſ.* 44.

Domino etiam licet revocare mandatum, ante litis conteſtationem quâcunque, aut ſine omni; poſt non niſi ex juſta cauſſa; & quidem ſimiliter judicialiter. Eſtque idem proceſſus in hac revocationis, qui in exonerationis cauſſa, *vid. Cap. Thol. q.* 370.

Exceptionis oppoſitio, ſive peremptoriæ, ſive dilatoriæ. Quarum illa, ſive in vim dilatoriæ, ſive cum notoria eſt, & incontinenti probari poteſt. *Socin. Reg.* 1617. interdum ante regulariter poſt litem conteſtatam, uſque ad concluſionem in cauſſa & ſententiam, non poſt (*niſi quibuſdam caſibus, l.* 5. *& ibi gl. C. de jur. & fact. ign.*) proponenda & probanda, *l.* 2. *C. de ſent. reſc.*

Ante litis conteſtationem ab actore non eliſa, Reus ab inſtantia abſolvitur. Bart. in l. *Ille à quo*, *§. ſi de teſtamento. ff. ad SC. Treb. l. nam. & poſtea. ff. de jure jur.*

Dilatoria ante litem conteſtatam proponenda, & probanda eſt, *d. l.* 2. *l. fin. C. de except. Socin. reg.* 167. Niſi de novo ſupervenerit, *Socin. reg.* 160. *Dias. reg.* 248. 2. quominus ante proponi potuerit, per judicem impedimentum fuerit, *Gl. in c. ex conqueſtione. de reſt. ſpol.* Si habeat tractum ſucceſſivum, *Quo caſu quandocunque opponi poteſt.* Gail. 1. obſ. 52. n. 3.

Plures

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Plures habenti Reo licebit eas proponere ſucceſſivè. Niſi ſtudioſè id faciat differendi judicii cauſſa, Stiat. pract. obſ. 2.n. 11. Ex ordinatione tamen Cameræ ſimul proponendæ ſunt.

Ex illis quædam concernunt *perſonas*; quædam *cauſſæ merita*.

Perſonas, vel *judicem*, concernunt fori declinatoriæ; & omnium debent eſſe primæ, *l. fin. C. de except. l. 2. C. ſent. reſc.* Sunt autem

1. *Incompetentiæ*, (de qua judex ipſe cui opponitur cognoſcit, *Bart. in l. quidam. 57. De re jud.*) quâ dicitur quod aut judex eſſe non poſſit, aut cauſſa ad ipſum non, aut nondum, pertineat.

Hic ſæpe diſputatur de cauſſæ continentia; de qua eſt regula, quod dividi non debeat, *l. 10. C. de jud. Quæ etiam facit ut ad quem judicem aliàs cognitio cauſſæ nõdum pertineret, ad eum pertineat quamprimum. Eſt autem vel ex perſonis: ſi plures rei, conſortes ejuſdem litis, ſint diverſis juriſdictionibus ſubjecti: vel ex rebus, ſi in diverſarum juriſdictionum territoriis ſitæ.*

2. *Recuſationis*, hoc eſt, ſuſpecti allegatio. Quæ inter dilatorias prima eſt. *Gail.* 1. *obſ.* 33. *n.* 11. Scilicet ſi alias certum ſit, judicem competentem fore. *Poteſt tamen, ſi de novo ſuperveniat, poſt litem conteſtatam, imò poſt concluſionem in cauſſa, opponi. Mynſ. cent. 4. obſ. 59.*

Cauſſæ ſuſpecti multæ eſſe poſſunt, *vide de iis Spec. de jud. deleg. §. ſupereſt. Marant. par. 6. de app. n. 26. uſque ad n. 77. & alios.* Non debet autem niſi legitima, id eſt, probabilis, proponi. *Hart. tit. 1. obſ. 12.*

Ob unum è judicibus ſuſpectum, totum Collegium recuſari non poteſt. Gail. d. obſ. 33. n. 2.

Recuſatus judex ſuſpectus, Jure Canoni-

co, à

co, â cognitione cauſſæ removetur. *Gail. d. loc. n.* 1. Etiam Jure Civili, ſi quidem delegatus ſit; *Gail. d. loc. n.* 3. Ordinario, cum recuſari regulariter non poſſit, *Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 52. alius adjungitur. *Cacher. deciſ. Pedem.* 15. *n.* 1. Nec neceſſe eſt Jure Civili ſi delegatus recuſatur, cauſſam recuſationis exprimere, *Mynſ. de obſ.* 52. *& cent.* 3. *obſ.* 63. modò recuſans juret, ſe non calumniandi animo recuſare: *Mynſ. d. obſ.* 60. Si ordinarius; alleganda eſt coram ipſo ordinario, & coram arbitris ad cognitionem ſuſpecti electis probanda. *vid. Hart. tit.* 1. *obſ.* 1.

A quibus ſi ſuſpectus pronuntiatur, removetur à juriſdictione quo ad illam cauſſam. Schen. conc. 42. *& cognitio pertinebit ad arbitros judici, ſecundum Ius Civile, adjunctos. Iure Canonico, ad alium judicem itur ſuperiorem.* Gail. 1. obſ. 33. n. 15.

Si judex ſuſpectus, ſpretâ hac exceptione, in cauſſa pergat, proceſſus nullus eſt. *Bart. in l. quia poterat. D. ad. SC. Treb. Hart. tit.* 1. *obſ.* 10.

Frequentius autem hic uſurpatur Jus Canonicum: Si de ſtylo non conſtat, in foro Eccleſiaſto Canonicum, in civili Civile Jus obſervandum. *Gail. d. obſ.* 33. *n.* 16.

Judici ordinario etiam objicitur, quod ſit infamis, *l.* 12. *C. de dignit.* minor xxv annis, *l.* 57. *De re jud. c. cum decem annis. de off. del.* ſervus, furioſus, aut ejuſmodi, qui ipſe perſonam ſtandi in judicio non habeat.

Delegato præter illa, de commiſſione in originali, pro fundanda juriſdictione, non oſtenſa; De vitio commiſſionis, in ſcriptura, vel ſigillo; quod & ſub, & obreptitia ſit; *vid. Stiat. pract. obſ. c.* 1. quod delegans non potuerit delegare: quod delegatus egrediatur terminos commiſſionis.

Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Vel *litigantes* concernunt, & vel *ipſos*, vel, *eorum nomine litigantes*; eo omnes pertinent, an perſonam ſtandi in judicio habeant. Quam alii vel nullo modo habent: alii non in cauſſa agitata, niſi legitimentur.

Nullo modo habent: ſervus, *l.44.§.1.l.53. ff.l.6.C.de judic.* pupillus, minor, *l.antep.C. qui dar.tut.vel jur.*

In cauſſa agitata, niſi legitimentur; id eſt, mandato legitimo oſtendant, ſe alieno nomine litigandi poteſtatem habere, procuratores, tutores, curatores, *vid. Bonacurſ. in pract. ſub. cap. de excep. opp.*

Poſſunt verò etiam aliæ exceptiones objici ex perſona procuratoris & conſtituentis, & ex ratione cauſſæ, vel officii.

Procuratori in rem ſuam conſtituto. Quod ſine titulo in rem ſuam conſtitutus eſt; actio ipſi ceſſa per ipſum actionis dominum ſit in judicium deducta; in potentiorem ſit tranſlata. *De quib. Bonacurſ. in praxi ſub tit. de except. quæ procur. in rem ſuam.*

Syndicis, Quod non ſunt conſtituti ab univerſitate, aut majore parte; non à legitimè congregatâ; ab univerſitate, vel collegio illicito; quod poſt conſtitutionem decreto univerſitatis ſit prohibitus experiri; univerſitas ſit diſſoluta, *vid. Bonacurſ. ibid. ſub. tit. de except. oppon. Syndic.*

Actoribus à tutore, vel curatore conſtitutis; quod non ſint conſtituti periculo tutoris, vel curatoris; non fuerit juſta conſtituendi cauſſa. *Idem ſub tit. de except. cont. actor. à tut. conſt.*

Ad cauſſam pertinent dilatoriæ, exceptio libelli inepti; *Wurmſ. tit. 9. obſ. 1.* vel obſcuri, actionis nondum competentis, litiſpendentiæ, &c.

Oppoſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Oppoſitâ exceptione dilatoriâ, ſi judex eâ non obſtantę ad ulteriora procedat, cenſetur eam rejeciſſe, *c. ex parte, el. 3. de appell. clem. fin. eod. Dec. conſ. 275. col. 3.*

Peremptoriæ exceptiones pertinent ad ipſa cauſſæ merita; *quæ quatenus, & quâ efficaciâ ante litem conteſtatam opponantur, ſupra dictum.*

Tollunt omninò controverſiam. Quam naturam etiam retinent, ſi ante litem conteſtatam oppoſitæ in continenti probentur. Qualis eſt, *tibi non competit actio*; quæ videtur eſſe generalis, (*non tantum locum habens, ſi omninò non competat, ſed etiam ſi, quæ competit, exceptione elidi poſſit.*) Tales etiam ſunt exceptiones ſolutionis, jurisjurandi, tranſactionis, rei judicatæ, præſcriptionis, &c. *Lancell. de offic. præt. in cauſ. civil. ſub tit. de except. n. 15. Crav. conſ. 204. n. 6.*

Sunt quædam quæ poſt ſententiam opponi poſſunt, *de quib. vid. Spec. de except.*

IV. *Cautionis præſtatio*: quę fit quando quoad perſonas judicium eſt conſtitutum.

Eſt autem. *Quoad perſonas litigantes*, judicio ſiſti, & de rato. *Quoad litem*, judicatum ſolvi, *§. ſunt autem. Inſt. de ſatiſd.*

Utraque præſtatur vel pignoribus, quæ nuda repromiſſione conciliatur, ſi agens habet immobilia in territorio magiſtratus, qui judicat: *l. 15. ff. qui ſatiſd. cog.* Secus fidejuſſoribus idoneis; *l. 2. ff. eod.* (*quæ cautio propriè dicitur ſatiſdatio*) aut ſi haberi nequeant, ſuccedit cautio juratoria. *Cui illuſtres perſonæ plerunque relinquuntur.* Nov. 52. & 112. Dias. reg. 660.

Suo nomine agens cavere non tenetur, niſi de expenſis refundendis in caſum ſuccumbentiæ; ſiquidem alienæ juriſdictioni ſit ſubjectus,

ſubjectus, & in eâ, ſita non habeat bona, in qua agitur; aut ſi pauper ſit.

Alienæ litis nemo defenſor idoneus eſt ſine ſatiſdatione, *l.* 110. §. 1. *De R. I. l.* 53. *De proc.*

Actor ſi in judicio ipſe ſit præſens, vel de mandato ejus conſtat, non onerabitur ſatiſdatione. *Hart.tit.6.obſ.*3.

Reus ſatiſdat (jure novo) tantum judicio ſiſti, hoc eſt, ſe ad finem litis permanſurum. *Wurmſ. tit.*10.*obſ.*1. Olim in actione reali, judicatum ſolvi, *l.*8.*l.*11.*ff.jud.ſolv.* in perſonali minimè, *l.*18.*De inter.in jur.fac.*

Quod ad procuratorem rei variarunt jura; hodie jure noviſſimo, ſive reus præſens, ſive abſens ſit, procurator ipſe non ſatiſdat, ſed pro ipſo is cujus nomine litigat; ſi quidem de mandato appareat; ſin minus, procurator rem ratam haberi ſatiſdabit: *Wurmſ. tit.* 10. *obſ.*3. Quod ad actoris procuratorem etiam pertinet.

Cautio judicatum ſolvi datur pro litis æſtimatione, in caſu quo res ea judicatur, vel non defenditur. Habet tres clauſulas, *de judicato ſolvendo, re defendenda, dolo malo, l.*6.*ff.jud.ſolv.*

Aliæ etiam ſunt cautiones quæ non quidem in judicio, tamen vel ejus occaſione, vel omninò ſine judicio, præſtari ſolent, effectu cum judicialibus convenientes; e.g. *ſalvi conductus: de qua Guil. de Cuneo. in tr. de ſecurit. Ioan. And.in c.*1.*de R l.in* 6. *& alii.* Quæ datur ob delictum comparere verenti: Item *quæ fit datis fidejuſſoribus de veniendo, & ſe in judicio præſentando*; quæ præſtatur à Reo fugitivo, vel in carcere detento, qui ſub cautione ſe petit relaxari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Illi ſemper conceditur ſi præſtat, & præſtare eam poſſit. Huic, ob crimen tantum non capitale, niſi conſuetudo loci ſit in contrarium, *vid. Menoch. de arb. jud. q. lib. 2. caſ.* 303.

V. *Feriæ.* Quæ ſunt vel *ſolennes*, definitæ legibus & ordinariæ; factæ vel ob *cauſſam divinam*, quæ ſunt cultui divino dedicatæ, *l. fin. C. de feriis. E.g. dies dominicus, Paſcha natalis Domini, Epiphaniarum, ſeptem diebus qui præcedunt & ſequuntur*, l. 2. 6. 7. & 8. C. eod. *In criminalibus tempus quadrageſimæ.* Vel *ob cauſſam profanam*, dies meſſium & vindemiarum, *d. l.* 2.

Ex ordinatione Cameræ paullo alia earum ratio eſt.

His tamen feriis (exceptis diebus dominicis & ſummorum feſtorum) licet ſupplicare, citationes, & proceſſus decernere, eoſdemque committere & exequi, deferre in cauſis & ſententias concipere. Gail. 1. obſ. 53. n. 4. & 5.

Vel *non ſolennes*, & extraordinariæ, ab Imperatore indictæ, *l.* 4. *C. eod.*

Feriis ſacris, & repentinis nequit renuntiari, ſecus atque profanis, l. fin. C. eod. c. fin. eod. Gail. d. obſ. 53. *n.* 16. *& ſeq.*

VI. *Sequeſtratio.* Quę eſt poſſeſſionis Rei controverſæ, vel partium conſenſu, vel judicis autoritate in perſonam tertiam tranſlatio, ut reſtituatur ei qui in lite eſt ſuperior. Eſt ſemper de re controverſa.

Fieri poteſt vel in, vel extra judicium. Utroque modo controvertentibus invitis, & volentibus. Unde alia eſt *voluntaria*, alia *neceſſaria*, ſive *judicialis*.

Illa jure conceſſa eſt. Hanc Dd. regulariter putant illicitam; *Gail. 1. obſ. 148. pr. & n. 8.* niſi

cauſſa

cauſſa ſubſit, *vid. Guid. Pap. dec.* 246. *Ferr. in form. ſequeſt. gl.* 1. *& alios*.

Si ſubeſt legitima, omninò eſt à judice facienda: ita tamen, ut, (ſi alteruter controvertentium fieri petat,) quatuor cōcurrant. 1. Ut judici ſaltem ſummariè conſtet de jure illius. 2. Pars adverſa ad eam videndam citetur. 3. Non petatur calumniæ, vel æmulationis, ſed juris conſervandi cauſsâ, & id jurato petens affirmet. 4. Ex perſona illius, adverſus quem ſequeſtratio petitur, ſit, aut appareat aliqua ſuſpicio, *de quib. Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 11.

Poteſt tamen, etiam neutro petente, ad eam judex procedere, ex officio, præſertim 1. ſi litigetur de re mobili, & qui rem poſſidet, de fuga ſit ſuſpectus: *Menoch. de arb. jud. qu. lib.* 1. *caſ.* 457. *n.* 1. ſi depopulatio fructuum metuatur, ſive mobilis, ſive immobilis res ſit: *Gail.* 1. *obſ.* 147. *n.* 4. *& obſ.* 148. *n.* 2. ſi contumax nolit cavere de conferendis bonis: *l.* 1. §. 10. *De collat.* aut de fideicommiſſo ſolvendo is cui per fideicommiſſum relictum eſt: ſi fideicommiſſarius nolit heredi cavere de ſolvendis legatis: *l.* 5. §. 1. *ff. ut leg. nom. cav.* ſi in executione ſententiæ alicujus eſt ſcrupulus, vel aliqua mora: *l.* 5. *C. quor. app. non recip.* ſi res ad arma videtur ſpectare, eaque ſint metuenda. *Gail.* 1. *obſ.* 5.

Evitari poteſt ſequeſtratio ſatiſdatione. Gail. d. obſ. 148. n. 5.

Datur fidejuſſor de judicio ſiſti, vel de conſervanda re integra, non admittitur ad cautionem judicio ſiſti, niſi poſſideat immobilia: *Mynſ. d. obſ.* 35. *n.* 7. *& fin.* ſed in defectum cautionis per bona, aut fidejuſſores, ad cautionem admittitur juratoriam is, adverſus

quem

quem ſequeſtratio eſt petita, modò ſit bonæ exiſtimationis, & vitæ integritate conſpicuus. *Gail. d. obſ.* 148. *n.* 6.

VII. *Interventio, de qua vid. Gail.* 1. *obſ.* 69. 70. 71. & 72. quæ eſt tertii pro ſuo intereſſe inter litigantes facta interpoſitio; vel alterutri ex litigantibus aſſiſtendo, vel pro ſe agendo.

Aſſiſtit alteri vel *ſponte*, vel, *reo petente*, à judice citatus. Atque hoc fit vel *laudando autorem* ſuum, vel *nominando*.

Laudat autorem ſuum is, qui convenitur actione reali ob rem, quam accepit à tertio illo, qui autor ipſius eſſe dicitur, utpote à quo cauſſam habeat. Quæ laudatio ſiquidem habeat rem ex titulo lucrativo, facienda eſt ante litis conteſtationem; ſin ex oneroſo, & poſt eam fieri poteſt.

Hoc modo tertio illi à Reo convento lis denuntiatur, (*qui ex eo dicitur denuntians*) ad hunc effectum, ut ſuccumbens adverſus autorem ſuum de evictione recurſum habeat; qui dicitur *denuntiatus*.

Nominat autorē ſuum conventus actione reali ob rem, quam non poſſidet ſuo nomine; e.g. conductam, &c. *Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 58. *cent.* 6. *obſ.* 33. *Hoc caſu judicium dirigitur contra dominum, & reus ab initio ab inſtantiâ judicii abſolvitur, (aliter atquè in autoris laudatione, ubi reus, & denuntiatus manent in lite) nec probatione oneratur. Actor tamen ſi volet, probare poteſt reum non poſſidere alieno nomine, quo probato, actori poſſeſſio adjudicabitur*, l. fin. De rei vind.

VIII. *Interrogatio, vid. Menoch. eod. l.* 2. *caſ.* 51. facta ad inſtantiam partis alterutrius, à judice, ubicunque æquitas poſtulaverit.

Fieri poteſt, æque ante, ac poſt libelli oblatio-

lationem, in quacunque judicii parte.

Interrogatus cogitur reſpondere, niſi in caſibus, in quibus judicium accipere compelli nequit: interrogetur de juribus non ſuis, ſed actoris: aut ſuper negotio principali de quo lis eſt: aut de crimine vel turpitudine ſua: aut de eo quod jam deciſum eſt: aut in facto proprio de facto alieno: item niſi rei vindicatione agens interroget reum, an actor ſit dominus: interrogetur de eo quod eſt impertinens: aut de eo quod eſt juris.

Interrogationes de quibus ſub tit. ff. de interrog. *in jur. fac.* videntur diverſæ eſſe, ab hiſce, quas uſus introduxit, non cauſſa, ſed effectu. 1. Ex antiquorum enim interrogationibus actiones dabantur, quæ interrogatoriæ dicebantur: ex recentiorum verò, actio intentanda, vel intentata potius informatur, quam datur. 2. Illæ in jure apud Prætorem fieri ſolebant; hæ etiam in judicio.

IX. *Libelli mutatio.* Eſt vel *totalis*, ut actor vel omninò ab actione deſiſtat, vel novũ libellum offerat. Vel *particularis*, quę fit addendo, vel detrahendo, vel errorẽ emendando, vel quod deeſt, ſupplendo, vel quod redundat, reſecando.

Permittitur uſque ad litis conteſtationem, non poſt, *Socin. reg.* 291. & 292. *Dias. reg.* 440; niſi declarando quod obſcurum eſt. Sed libello in totum abolito, actor non admittitur iterum ad agendum, niſi expenſis Reo refuſis. In partiali mutatione, non æque id procedit, niſi cauſſę urgentes judicem moveant cur expenſas refundi velit.

X. *Reconventio*, eſt conventioni à Reo, oppoſita actio.

Eſt vel *compenſationis*, in debito liquido, ut minuatur

minuatur futura à conventione condemnatio, *l. fin. C. de compenſ.* vel *reconventionis in ſpecie*, qua actioni actio opponitur.

Qualiſcunque ſit proponenda eſt in puncto conventionis, ante litis conteſtationem ex jure communi, & pari paſſu ambulat cum conventione. (*Ex uſu, una cum litis conteſtatione proponenda, quod & ipſum juri eſt conſentaneum.* VVurmſ. d. obſ. 4.) *Actus tamen ſuper conventione eſt prior, poſterior ſuper reconventione*, Mynſ. cent. 1. obſ. 10. *Utraque, ſi de utraque liqueat, ſententiâ eadem debet terminari: ſi ſecus, de ea tantum, de qua liquet poteſt judex pronuntiare.* Cap. Tholoſ. q. 367.

Regulariter habet locum in omnib. cauſis.

Non admittitur tamen. 1. *Propter judicem*, ſi coram ipſo inſtitui nequeat, puta coram arbitro, *Mynſ. cent. 4. obſ. 90.* coram judice appellationis, ſi in prima inſtantia non ſit propoſita, *Wurmſ. tit. 12. obſ. 7.* coram alio judice. *Wurmſ. tit. 12. obſ. 2.*

2. *Propter cauſſam*, in cauſſa feudali; *Roſenth. in ſynopſ. feud. c. 12. n. 48.* In cauſſa in qua judex, etiam cum conſenſu partium, non poteſt cognoſcere: *Wurmſ. tit. 12. obſ. 5. & 9.* In accuſatione ſuper fracta pace: *Gail. 1. de pac. publ. c. 12. & lib. 2. eod. c. 13. n. 30.* In criminali accuſatione: *Wurmſ. eod. obſ. 8.* ſi nomen rei inter reos ſit receptum, vel criminaliter conventus accuſatorem reconvenire velit civiliter. *Gail. d. lib. 1. cap. 12. n. 16.*

XI. *Commiſſio & examen teſtium ad perpetuam rei memoriam*: quod teſtes examinentur demum poſt litem conteſtatam, *Socin. reg. 299.* ſed, cum ea ordinatur, etiam ante, imò ante oblatum libellum, aut proceſſus à judice decretos. *Mynſ. cent. 4. obſ. 71.*

Impe-

Impetratur ab actore, vel Reo. *Mynſ. eod. obſ.* 72. Sed ea impetrata, actor proceſſus juridicos intra annum decerni petet; ſecus dicta teſtium non valent. A reo impetrata commiſſio, eſt perpetua.

Impetratur autem iſta commiſſio oblatâ eo nomine ſupplicatione, quæ cauſſam petitionis contineat, ab ætate teſtium declinante, morbo Epidemico, vel longinqua peregrinatione. Simul verò exhibet articulos probatorios, cum annexa nominatione teſtium, & ſi opus eſt directorio.

Facile conceditur, petita præſertim à Reo. In ea expedienda omnia quæ aliàs in ordinaria teſtium examinatione, requiruntur.

Dicta verò teſtium non producuntur, ante ordinarium probandi terminum, in quo dicta teſtium publicentur, & litigantibus communicentur.

XII. *Interlocutio judicis:* quæ in qualibet judicii parte, & ſuper quolibet puncto incidenti fieri poteſt, tali tamen, qui ad rectius formandum proceſſum pertineat, aut aliud quid definiat, antequam ad ſententiam definitivam perveniatur.

De his quæ fiunt in judicio.

CAPUT XXXI.

JUdicium (ut vulgò) à litis conteſtatione incipit, *Gail.* 1. *obſ.* 74. *n.* 1. & 2. *Socin. reg.* 295. & in ſententia finitur: ita tamen ut utraque iſta etiam pars judicii ſit: illa *prima*, hæc *poſtrema*, cætera ſint *intermedia*.

Quæ *judicium* vel *conſtituunt*, vel *finiunt*. Utraque ſunt vel *ſubſtantialia*, vel *incidentia*. *Subſtantialia* ſunt.

1. *Litis conteſtatio*, quæ eſt judicii conſtitutio, facta affirmatione unius, & negatione alterius litigantis; *c.1. de lit.cont. l.2. C.de jurejur. prop.calum.*

Eſt vel *expreſſa* hac formula, *Nego narrata, prout narrantur, & dico ſecundum petita fieri non debere, petens ab inſtantiâ abſolutionem, & adverſarii in expenſas condemnationem. Ord. Cam. Imp. p. 3. tit.* 13. §. **vnd nach dem.** Vel *tacita*, quæ fit ſimplici negatione ejus, quod ab adverſario eſt petitum: *per Gl. & Dd. in c.un.de lit.cont. Quâ negatione ſi reus nolit litem conteſtari, id expreſſè proteſtari debet,* Mynſ. cent.3.obſ.31. *ſecus perinde habetur, ac ſi expreſſè conteſtata eſſet.* Socin. reg.298.

Utraq; fit *ſcriptis*, vel *ore*; Et rurſus vel *purè*, nullo de quo prius oporteat diſceptari, reſervato: vel *eventualiter*, hoc eſt, non, niſi quæ ad impediendam illam ſunt propoſita, locum non habeant.

Litem conteſtatur actor plerunque affirmando, reus negando; *Gail.* 1.*obſ.*73.*n.*2. reus eam magis ſolenniter, & neceſſariò, adeò ut eo tergiverſante, ſæpe litem pro conteſtatâ judex acceptet: quod habetur, ac ſi ipſe reus conteſtatus eſſet.

Eſt ea baſis judicii; *l.* 1. *& Auth. offeratur. C.de lit.cont.* omiſſa proceſſum vitiat, *Bart. & Dd. in l. prolatam. C. de ſent. & interl. & in c.* 1. *de lit. cont. Non tamen requiritur in cauſis ſummariis.* Marant. in Spec. p.1. memb. 10. *vid.* Socin. reg.239. uſque ad 243.

Effectus ejus potiſſimi ſunt; 1. Quod fundat judicium; *Mynſ. cent.* 3.*obſ.*74. 2. Præcludit viam opponendi exceptiones dilatorias, *l.*40. §.3. *De procur. Niſi de novo ſuperveniant:* 3. Perpetuat

petuat actionem ſua natura temporalem: *Gl. in l.cum notiſſimi. §.imò.verb.interr. & ibi Salic. C. de præſcr.* 30 *vel* 40 *ann.* 4. Conſtituit adverſarium in mala fide, quantum ad fructus: *l.* 22. *l.* 26. *C.de rei vind.* 5. Conſtituit in morâ in illis potiſſimum, quæ debentur officio judicis: *l.* 44. *De dam.infect.* 6. Interrumpit præſcriptionem. 7. Poſt eam oblatus libellus ab actore, reo invito, amplius mutari non poteſt: *Dd.in l.* 3. *C.de edend.* 8. Per eam conditio actoris non redditur deterior, ſed plerunque melior: *l.* 86. *De R. I.* 9. Quæ poſt eam emergunt, ad officium judicis pertinent, *l.* 25. §. 8. *& ivi Dd. ff. de ædil.edict.*

II. *Oblati libelli, ejuſque articulorum* (ſi articulatus eſt) *repetitio*, loco poſitionum, ad quem, vel quos, petit ut reus reſpondeat. *Gail.* 1. *obſ.* 79. *n.* 3.

Poſitio, eſt pars quædam intentionis, continens id, ſuper quo quis petit ab adverſario reſponderi. *Stiat. pract. obſ.* 5. *n.* 9. & 10.

Articulus, eſt pars intentionis, continens id, quod probare quis intendit. *Gail.d.obſ.* 79. *n.* 1.

Adeò ut idem poſitio eſſe poſſit & articulus, & hæc duo effectu tantum diſtinguantur. Imò in uſu ratione magis, quam re diſtinguuntur, & hæc diſtinctio non tam accuratè obſervatur. Gail. d. obſ. 79. n. 3. & obſ. 73. in fin.

Poſitiones ex corpore libelli ſunt formandæ, ad quas adverſarius reſpondeat. *Gail.* 1. *obſ.* 81. *n.* 5.

Debent autem eſſe ad rem pertinentes, non vagæ, obſcuræ, incertæ, ſed quæ probatæ relevent. *Lancil. de off. prat. in civil. tit. de poſit. n.* 11. *& ſeq.*

Manifeſtè impertinentes judex rejicit, nec adverſarius

verſarius cogendus ut ad eas reſpondeat. Lancil. d. tit. n. 19. *In dubio admittuntur, ſub clauſula, Salvo jure impertinentium, & non admittendorum.* Lancil. d. tit. n. 20. Gail. 1. obſ. 81. n. 9.

Cujus vi, ſi poſtea appareat, eſſe impertinentes, Ex parte judicis *habentur pro ab initio non admiſſis:* Ex parte reſpondentis, *ut ex reſponſione nullum ei generetur præjudicium.* Gail. d. obſ. 81. n. 12. *Qui ipſe etiam tutius præmiſſâ iſti clauſulæ proteſtatione, reſpondebit. Etſi non poſita expreſſè, poſita tamen intelligatur.*

III. *Reſponſio ad poſitiones*; quæ vel eſt *ſimplex*, per verbum *credo*, vel, *non credo. Gail. 1. obſ. 82. n. 2.* vel *disjunctiva.*

Regulariter debet eſſe ſimplex, vel ſimplici æquipollens, ad rem pertinens, & clara. *Gail. d. obſ. 82. n. 3.*

Rejicitur impertinens, obſcura, inſufficiens. Nec admittitur hæc *non credo uti ponitur. Gail. d. obſ. 82. n. 7.* nec illa, *poſitionem eſſe facti alieni, ideòque non reſponſalem. Gail. d. obſ. 82. n. 8.* Sufficiens tamen eſt de jure communi. *Gail. d. obſ. 82. n. 20.*

Admittitur verò *credo prout in tali inſtrumento continetur, Mynſ. cent. 5. obſ. 54.* item, *non credo articulum vel poſitionem niſi probetur. Gail. d. obſ. 82. n. 20.*

Ad poſitionem quæ jus continet, ſufficit reſponderi, eſſe juris; *Gail. d. obſ. 62. n. 13.* Niſi fundetur in conſuetudine; *Utpote quæ etſi jus ſit, in facto tamen poſita eſt; an & qualis ſit, cum in conſiderationem venit, reſponſionem deſiderat.* Mynſ. cent. 5. obſ. 88.

Exhiberi debent poſitiones medio juramento dandorum, & reſponſiones, medio juramento reſpondendorum. Sed hoc omninò in Ca-

in Camera; in jure non, niſi ab alterutra parte petatur, neceſſarium eſt. *Gail.* 1.*obſ.*79.*n.*16.*&* *obſ.*82.*pr.* *&* *n.*1.

Si quis, ſine juſtâ cauſsâ, contumaciter reſpondere detrectat, in pœnam, articuli à judice pro confeſſis acceptantur, *c.* 2. *de confeſſ. in* 6. *Dias.reg.*165. Tamen qui poſitiones dedit, probare eas debet. *Phil. Franc.in c.*2. *n.* 3. *de confeſſ. in* 6.

In criminalibus, lis quidem pro conteſtata, non tamen articuli pro confeſſis acceptantur, ſed in contumaciam non reſpondentis, ad probandum admittuntur. *Gail. de pac.publ. l.*1.*c.*15.

IV. *Probationes quarum genera vide ſupra, c.* 2.

Fiunt vel *in continenti*, eæ ſcilicet, quæ fiunt ſimul ac lis conteſtata & reſponſum eſt, vel in ipſo termino, vel intra aliquot dies poſt; pro arbitrio judicis. *Meno.de arb.jud.q.l.*2.*caſu.*9.*n.*5.

In continenti difficilius per teſtes, expeditius per inſtrumenta; ſiquidem ante litem conteſtatam exhibita; poſt, quamprimum in vim probationis repetantur.

Quod fieri poteſt, ſi exhibita ſint in originali, aut ante exhibita in exemplis; quamprimum exhibeantur in originali: Quæ ex confeſſione ſunt, etiam in continenti fiunt ut plurimum, ſi fortè adverſarius litem conteſtatus ſit affirmativè, aut illud ſaltem, in quo actionis vis poſita eſt, affirmaſſet.

Vel *ex intervallo*, hoc eſt, intra dilationes probandi, ſeu terminos probatorios, *vid. Spec. de dilat.* §.1.

Dilatio probandi regulariter eſt peremptoria. Inde unica in cauſſis civilibus. *Mynſ.cent.*1. *obſ.*71. Ex accidenti tamen plures, prima, ſecunda, tertia, & quarta. Quæ (ultra quam nulla)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

non niſi ex juſtiſſima impedimenti cauſſa conceditur. *Gail.* 1. *obſ.* 91. *n.* 21. & ſub juramento non doloſæ petitionis. *Auth. at qui ſemel. C. de probat. c. ultra tertiam. de teſtib.* citra quod juramentum, ſecunda & tertia conceditur, probato impedimento, *c. paſtoralis. de except.*

Quarta prorogari poteſt, cum eâdem ſolennitate, & ex cauſſa legitima, *Mynſ. cent.* 5. *obſ.* 72. Cęterę non, ſed una labēte, altera conceditur.

Prima poteſt redintegrari, ſiquidem vel per commiſſarium examinis, vel per adverſam producentis valetudinem ſteterit, quominus teſtes intra dilationem examinentur. *Gail. d. obſ.* 91. *n.* 8.

Tempora dilationum de jure communi moderanda ſunt pro diſtantia locorum, & perſonarum qualitate; regulariter indulgendi menſes tres, quandoque ſex, ad ſummum novem, *l.* 1. *C. de dilat. Bart & Dd. in l. fin. de Fer.* In Camera ſunt arbitraria. *Gail. d. obſ.* 91. *n.* 13.

Servanda tamen inter actorem & reum æqualis conceſſio. *Marant. p.* 6. *de dilat. n.* 2. idque in civilibus. In criminalibus regulariter dantur duæ accuſatori, tres reo, *d. l. fin. & ibi Bart. & Dd.*

Metuens ne dilatio labatur ante ejus lapſum aliam, aut prioris prorogationem, petere debet. *Gail. d. obſ.* 91. *n.* 21.

Probationes ut expediantur, in omni probationum genere. 1. Petit probaturus probationes recipi, vel ſimpliciter, vel cum nominatione unius, aut plurium, quibus receptio committatur. 2. Judex utroq; caſu, vel ipſe eas recipit, (quod rectius fit, *l.* 3. §. 1. *De teſtib.*) vel ſi id fieri nequeat, alium committet; qui *commiſſarius* dicitur.

Committit autem vel *nominatum*, ſiquidem pars

pars adverſa non diſſentiat, aut juſtas diſſentiendi cauſſas non habeat, *vid. hic Gl. & Dd. in clem.1.de off. & pot.jud.deleg.* Vel etiam *ex officio interdum alium, vid. Benint. dec. Bon.* 74. unum, pluresve, vel ex judicibus, vel à judicibus alios.

Commiſſarius autem non eſt, niſi à judice competente commiſſionem habeat.

Is in termino probationis recipiendæ debet commiſſionem ſuam repetere & partibus demonſtrare, ut de ea conſtet.

Articulis probatoriis, qui eas dedit, ſolet addere *Directorium* articulorum, ſuper quibus teſtes audiri, & inſtrumenta recipi vult.

Iſtis articulis opponuntur interdum reprobatorii, quibus is, contra quem articuli probatorii ſunt exhibiti, contrarium ab illis probare conatur.

In actu recipiendorum teſtium ſunt. 1. *Eorum nominatio*, quorum ſi ſuperflua eſt multitudo ad ſufficientem judex reducit, *l.1.§.2.De teſtib.Inn. in c.cauſam.eod.* 2. *Citatio* ad certum diem & locum, ut teſtimonium reddant; 3. *Citationis iſtius Denuntiatio*, facta utrique parti litiganti, ut ipſi, vel eorum procuratores, videant produci teſtes, & jurare. *Socin. reg. 499. & 523. Duen. reg.602.*

Contra teſtes, die ſtatuto, ſine cauſſa, non comparentes, arctiores proceſſus decernuntur, interdum etiam pœna pecuniaria.

Poſſunt teſtes etiam abſentes, atque ſi præſentes eſſent, produci.

Is, contra quem teſtes producuntur, dare ſolet *Interrogatoria, Spec.ſub tit.de teſte. §.jam de interrogatoriis.* Super quibus judex aut Commiſſarius æquè ac ſuper articulos eos examinare debet; Et ea pro induſtria ſua, vel ſup-

plet, vel reſecat. *Lancil. de off. prætor. in civil. ſub tit. de interrog. n.* 1.

Sunt vel *generalia*, quæ in examine præmitti ſolent, pertinentia ut plurimum ad inquirendum de perſonarum conditione, an ſint teſtes idonei. Vel *ſpecialia*, quæ pertinent potiſſimum ad articulorum merita; ſeu teſtium dicta. Et vel præcedunt examinationem ad articulos, vel ſequuntur; ut vel quibuſdam, vel ſingulis articulis ſua interrogatoria ſint conjuncta, de quibus, poſt articulorum examen, protinus audiantur.

Producti teſtes corporaliter (*Illis juramento ſubjectionis, & fidelitatis quo alteri litigantium ſunt adſtricti, remiſſo ad hunc actum*) jurant de veritate, quantum ſibi conſtat, dicenda. *vid. ſupra dicta. c.* 2.

Examinantur ſinguli teſtes ſeorſim, *Spec. de teſt.* §. 1. *verſ. ſed plane.* & vel ab ipſo Commiſſario, vel ejus amanuenſi, (*qui juramentum taciturnitatis præſtare debet*) item ab extraneis adjunctis, eorum dicta deſcribuntur, idque ſumptibus producentis. *Gail.* 1. *obſ.* 99.

Examinatis donec publicata ſint teſtimonia, & copiæ eorum litigantibus conceſſæ, ſilentium injungitur. *vid. Wurmſ. tit.* 18. *obſ.* 4.

Dicta teſtium in rotulum examinis rediguntur, atque ad judicem, qui commiſit, tranſmittuntur.

Deficiente judicis, vel commiſſarii juriſdictione, per literas mutui compaſſus ſubſidium alterius magiſtratus petitur ad teſtium examen. *vid. Stiat. pr. obſ.* 6.

Teſtium examinatorum dicta ritè publicantur, (renuntiatâ à litigantibus ulteriori productione) quod ſi ſtudiosè à litigantibus protrahatur, fit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

tur, fit publicatio à judice per interlocutionem, *vid. Gail.* 1. *obſ.* 105. *Stiat. obſ.* 18. *n.* 16. *Publicata autem demum cenſentur, copiis eorum re ipſa communicatis.*

Poſt publicationes teſtes regulariter amplius non audiuntur, c. fraternitatis. de teſt. c. per tuas. ubi Felin. eod. Nov. 90. §. *quia vero. niſi partibus conſentientibus*, Gail. d. obſ. 105. n. 14. *vel magnâ ſuadente æquitate*, Socin. reg. 403. fall. 35. *aut cauſſæ qualitate, e. g. in criminalibus favore innocentiæ*, l. 18. §. 9. & Bart. in l. 1. §. fin. n. 4. ff. de quæſt. Hippol. ſing. 90. n. 3. *aut perſonæ, ſi ruſtici & mulieres.* Cacher. deciſ. Pedemon. 87. n. 2.

Reprobari teſtes poſſunt etiam poſt publicationem, *Gail. d. obſ.* 105. *n.* 8. Item in cauſſa appellationis, ſed Jure Canonico, *c. intimavit. de teſt. clem.* 1. *eod. Socin. reg.* 498. *&* 503. Jure civili in eâ cauſsâ receptum, ut ſuper iiſdem articulis denuo examinari poſſint, *per. l.* 4. *& ibi Gl. C. de temp. appell. Nov.* 90. §. *quia verò. Cacher. deciſ. Ped.* 114. *n.* 2. *& ſeq.*

In productione inſtrumentorum proprium eſt. 1. Quod litigans ea, in formâ authentica, *c. fin. de inſtrum.* unà cum exemplis, exhibet in judicio. 2. Ea judicii Notarius confert cum authenticis. 3. Hæc litiganti reſtituit. *Gail.* 1. *obſ.* 134. *n.* 23. *&* 24.

Producens petit authentica adverſarius agnoſcat, vel diffiteatur, aut judex ea habeat pro agnitis ex officio.

Agnitio ſolet fieri cum proteſtatione de non approbando contraria contenta; niſi fortè pars utraque prolato inſtrumento nitatur.

Producens inſtrumentum cenſetur fateri vera eſſe eo contenta. Jaſ. & alii in. l. 1. §. 2. De edend. *exceptis enumerative in eo prolatis*: Jaſ. in l. contra

juris.

juris. §. 1. De pact. *& niſi proteſtetur ſe pro parte, vel partibus pro ſe facientibus, illud producere,* vid. Striat.obſ.pract.15.n.34.uſque ad fin.

Si inſtrumentum, quo actor uſurus penes reum eſt, reus illud non cogitur regulariter edere. *Menoch.de arb.jud.qu. l.2.caſ.499.* Sin quo reus eſt uſurus, apud actorem, actor illud edere debet. *Dd.ad.l.1.& fin. C.de edend.* Si penes tertium, *de quo Dd.in c. contingit. de fid. inſtr.* à quo haberi nequeat; judex imploratur, &, ſi is ejus juriſdictioni ſubjectus eſt, compulſorialibus; ſin minus, requiſitorialibus literis ad eum datis, ea exhiberi faciet.

Inſtrumenta poſſunt etiam edi poſt lapſum terminum probatorium, imò uſque ad concluſionem, *Mynſ.cent. 2.obſ.53. & cent.6.obſ.56. (ut dilatio probatoria, teſtium reſpectu, peremptoria dicatur.)* Non verò regulariter poſtquam in cauſa utrimque concluſum, & ulteriori allegationi renunciatum eſt, *Socin.reg.230. Duen.reg.424.* Nec niſi cauſſa ſubſit, & qui illud exhibet, juratò affirmet ſibi de eo antea non conſtitiſſe, ſed de novo repertum eſſe. *Mynſ.d.obſ.53.*

V. *Diſputatio*; Ad quam, publicatis atteſtationibus & communicatis earundem, & inſtrumentorum aliorumq; jurium probatoriorum copiis, progrediuntur litigantes; niſi fortè is qui probare debuit protinus concludat.

Eſt illa, ut plurimum, ex parte ejus qui probare affirmata, ex parte ejus contra quem probare debuit, negata.

Affirmatio, eſt in probationum ſalvatione, *Negatio*, in earum infirmatione. *Utraque* fit, exceptionibus, replicis, duplicis, donec in cauſſa concludatur. In his plurima occurrere poſſunt.

Repelluntur teſtes auditi. 1. Vel *ex perſonis ipſorum.*

ipſorum. Quod non *ſunt idonei*, vel *omnino*, vel, *non in ea cauſſa. vid. ſupra. e.g. Iudex in cauſſa quæ coram ipſo vertitur, niſi de eo quod factum eſt coram ipſo ut judice*. VVurmſ. tit. 1. obſ. 8. *venditor in cauſſa emptoris reſpectu rei venditæ: donator in cauſa donatarii: Capel. Thol. q. 94. n. 1. cedens in cauſſa ceſsionarii*. Menoch. de arb. jud. q. l. 2. caſ 573. *conjunx pro conjuge*: Cap. Thol. q. 3. n. 1. *parentes pro liberis, & viciſsim*, l. 6. C. de teſt. *fratres & ſorores inter ſe*: Duen. reg. 284. *litigans in cauſſa propria*: Socin. reg. 515. Vel ut in cauſſa quidem poſſint eſſe teſtes, ſed *non ſint omni exceptione majores*, Puta *conſanguineus in cauſſa conſanguinei*; Felin. c. ſuper his col. fi. de accuſ. *affinis in affinis*; *domeſticus in domeſtici*: Capel. Tholoſ. q. 4. cum add. *amicus in amici*: Villal. com. opin. lit. A. n. 100. *inimicus in inimici*: VVurmſ. tit. 18. obſ. 12. *advocatus, procurator, in cauſſa cui patrocinium præſtiterunt*: Joſ. Ludov. dec. Peruſ. 82. n. 60. *ſolicitator cauſſæ*; Menoch. eod. lib. 1. q. 73. n. 6. *proxeneta*; Gail. 1. obſ. 100. n. 17. & ſeq. Cap. Thol. q. 94. n. 4. &c.

Numerus tamen teſtium ſupplet defectum, ſi in ipſorum perſonis aliquis ſit inhabilis. *Gl. & Dd. in l. 3. De teſt.*

2. Vel *ex dictis ipſorum*: ſi arguantur falſa, *Bart. & Bald. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact.* obſcura, *Wurmſ. tit. 18. obſ. 25.* contraria, *Spec. de teſte. §. 1. verſ. item quod ſunt.* ſingularia; non habentia concludentem rationem ſcientiæ. *Wurmſ. d. tit. 18. obſ. 1. & 2. &c.*

Teſtes, eorumque dicta impugnare conceditur ei, contra quem producta ſunt: Perſonas eorum impugnare non conceditur producenti, Stiat. pr. obſ. 17. n. 38. & ſeq. *Licet ei tamen oſtendere dicta eorum falſa eſſe*, vid. Joſ. Lud. concl. 70. §. illud autem.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

In pari teſtium numero, creditur dignioribus, not. in c. clerici. d. 81. c. denique. d 4. c. ſacerdotibus. 11. q. 1.

VI. *Concluſio:* quæ eſt probationum, & ulteriorum diſputationum renuntiatio. *c. paſtoralis. de cauſſ. poſſ. & prop.*

Non quidem de jure pars eſſentialis proceſſus; uſu tamen ita neceſſaria, ut ſine eâ non feratur ſententia. *Gail.* 1. *obſ.* 107. *n.* 2.

Parte alterutra, vel utraque, nolente concludere, judex cauſſam pro concluſa acceptat. *Gail. d. obſ.* 107. *n.* 2.

Poſt eam non admittuntur probationes facti. *Cacher. deciſ. Pedem.* 142. *n.* 6.

Judex (cui nunquam concluditur, *Gail. d. obſ.* 107. *n.* 5.) poteſt concluſionem à partibus factam, reſcindere, & quid ulterius agendum ſit litigantes monere. *Cap. Thol. q.* 175. *n.* 3.

Nec in criminalibus, ex parte rei, unquam concluditur. Gail. 1. de pac. publ. 18. n. 2.

Poſt concluſionem in cauſsâ allegationes in jure fieri poſſunt. *Gail. d. obſ.* 107. *n.* 3. In facto modo admittuntur, petitio reſtitutionis in integrum per minores, mulieres, Eccleſias; *Dd. in c. auditis, de in int. reſt.* delatio juramenti ſuppletorii (*modò ſit petitum ante concluſionem*; *Gail.* 1. *obſ.* 108. *n.* 1. *& ſeqq.*) probatio per partis confeſſionem; *Mynſ. cent.* 3. *obſ.* 17. item per evidentiam & aſpectum; *Mynſ. d. obſ.* 17. interrogatio ad inſtantiam partis, *d. obſ.* 17. & alia *de quibus Dd. ſuis locis*.

Incidentia ſunt. 1. *Iuramentum calumniæ* ab utrâq; parte præſtandũ de cauſſa bonâ fide proſequenda, *l. 2. & Auth. C. de jurejur. prop. calum.*

Ejus capita ſunt. 1. Non animo calumniandi, ſed opinione bonæ cauſſæ, ſe in lite verſari.

2. In

2. In tota lite nullam exacturum probationem, niſi quam pro veritate putaverit neceſſariam. 3. Nullam allegationem differendi cauſſa propoſiturum. 4. Nihil patrocinii cauſſa judici vel aliis, quam quibus permiſſum eſt, daturum, vel promiſſurum. *Gl. in. c.* 1. *eod. & Dd. in l.* 2. *C. eod.*

Si in litis exordio non præſtitum, exigi & præſtari in omni cauſſa, *Bart. & Fr. Curt. in d. l.* 2. *in prin. n.* 23. & quacunque judicii parte poteſt. *Lancil. de offic. prætor. in cauſ. civil. de lit. cont. num.* 8.

Præſtatur ut plurimum lite conteſtata, Gail. 1. obſ. 74. n. 2. *Sed non, niſi à judice, aut parte exigatur*, Gail. 1. obſ. 85. n. 2.

Exactum omninò præſtandum eſt, nec ab exigente poſtea remitti poteſt, Gail. d. obſ. 85. n. 2. *atque ſi remittatur, aut per incuriam omittatur, acta nulla ſunt*, d. l. 2. §. 4. Gail. 1. obſ. 74. & 84.

Qui expreſſè illud præſtare recuſat, pro confeſſo habetur, & cauſſa cadit, ſi ad eum pertinet; procurator verò ad litem perſequendam non admittitur. d. l. 2. §. 6. & ibi Bart. & Dd. Socin. reg. 259. *Exigi enim & poteſt à procuratoribus*, Hart. tit. 10. obſ. 2.

II. *Exceptionis peremptoriæ oppoſitio*, quæ propriè locum habet poſt litis conteſtationem; & ante oppoſita, ſi altiorem requirit indaginem, poſt illam deducenda rejicitur.

III. *Termini prorogatio*, ex cauſſa, vel indulgente parte altera.

IV. *Nullitatis exceptio*; quæ opponitur cum ordo procedendi ſolennis, & forma uſitata non obſervatur.

Eo effectu, ut quod omiſſum, reſarciatur, *Mynſ. cen.* 1 *obſ.* 27. *Gail.* 1. *obſ.* 42. *n.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

v. *Proceſſus redintegratio*. Quæ eſt cum proceſſu anteacto ob cauſſam quaſi renovato, ante acta repetuntur, & de novo aguntur; *e.g. cum partium unâ mortuâ, heredes ad litem reaſſumendam citantur.*

vi. *Iuramenti ſuppletorii delatio*, vel à judice, vel à parte parti. *Wurmſ.tit.14.obſ.9.& 10.*

vii. *Relatio ad judicem ſuperiorem*; quæ fit à judice, coram quo cauſſa ventilatur, ad judicem ſuperiorem, de jure dubitante, & ſuperiorem conſulente, *tit. C. de relation.*

Quod judicium finiat unicum eſt, *ſententia*; hoc eſt, controverſiæ à judice facta deciſio.

Quæ debet libello, & annexæ ei petitioni eſſe conformis, *l.18.ff.com.div. Socin.reg.*442.

Eam judex concipit, aut concipi curat, ex actis, quæ ſibi præſentari facit, poſtquam in cauſa concluſum: Secundum illa, non extra ea; *Gl.in c.de off.ordin. & c.judicet.3.q.7. Cacher.deciſ. Pedem.146.n.14. Cujac.12.obſ.19. Dias.reg. 377. Duen.reg.443. & 446.* vel abſolutoria, vel condemnatoria; (Niſi diverſa capita in actionem deducta ſint; & tum partim ſimul abſolutoria, & condemnatoria eſſe poteſt, *Cujac.in par. C.de ſent.& interl.om.jud.*) ferri debet, in ſcriptis, citatis ad eam audiendam (non tamen in Camera, *Gail.1.obſ.109.*) partibus, *l.2. C.de ſent.peric. recit.*

Abſolvitur reus, actore intentionem ſuam non probante, etſi nihil præſtiterit. In dubio pro Reo potius judicandum, l. 47. De O.& A.c.ex literis de prob. c. inter dilectos de fid. inſt. *Adeò ut etſi jura & rationes actoris in aliquo excedant jura, & rationes rei, tamen adhuc reus ſit abſolvendus*, Gl.in c.clerici. d.81.Panor. in d. ex literis. *In dubio ſolet etiam pro poſſeſſore judicari*, Gl. in c. nulli dubium.

bium. 12.q.5.Bart.in l. 1.§.non autem.De bon. poſſ.cont.tab.

De his quæ fiunt poſt judicium.

CAPUT XXXII.

SI latæ ſententiæ partes acquieſcant, tranſit in rem judicatam. *Res autem inter alios acta, & judicata aliis non nocet, nec iis præjudicat, tit. C. inter al. act. vel jud.*

Acquieſcunt partes vel *expreſſè* verbis ſententiam acceptando, vel *tacitè*, ſi tempus appellationis, vel impugnationis legitimum labi patiantur, vel ſi res minor ſit, quam ut ad ſuperius judicium devolvi poſſit.

Rem judicatam ſequitur ejus *executio*. Quæ eſt vel *cauſſæ principalis, vel acceſſarii*. *Acceſſarii cauſſa principalis*, in actione reali, ſi res reſtitui poteſt, quamprimum: *Schen. Baro in virid. concl.* 120. in actione perſonali poſt quadrimeſte, ex noviſſima Juſtiniani conſtitutione.

Quod tamen à judice poteſt minui, vel prorogari. Schen. Baro. d. concl. 120.

Exequebatur ſententiam olim magiſtratus, qui judicem dederat; hodie ipſe judex, ſi ſit ordinarius, vel à judice requiſitus, *Hart. tit.* 1. *obſ.* 6. vel cui judex ille executionem fieri mandat. Non delegatus, ſed delegans, *Mynſ. cent.* 3. *obſ.* 68.

Niſi ſit delegatus Imperatoris, l. fin. in fin. C. de jud. *vel Pontificis*, c. paſtoralis. §. quia verò, &c. ſignificaſti. de off. deleg. Non etiam arbiter, ſed ordinarius, *l. A. D. §.* 10. *De re jud.*

Fit executio contra quoſvis citatos, quos cauſſa contingit. *Duen. reg.* 857.

Vel Acceſſorii, hoc eſt, interuſurii fructuum, & expenſarum parti victrici, aut ob contuma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

ciam adjudicatorum (ad quæ poſt ſententiam, accedunt uſuræ rei Judicatę.) *In his* executio ut fiat, deſignari in Schedulâ ſolent: Si negentur, probanda ſunt, quod etiam fit juramento.

Pendent autem acceſſoria omnia à judicis taxatione.

Regulariter *pars victa victrici in expenſas condemnatur, l. 13. §. 3. C. de judic. Socin. reg. 181. Duen. reg. 626. Damaſ. reg. 140.* Eæ tamen, etiam ob cauſſam leviſſimam, ſolent compenſari, pro judicis diſcretione. *Gail. 1. obſ. 152.*

Expenſæ ſunt, vel *delicatæ*, quæ ut deſignentur, non taxantur. Vel *neceſſariæ*, quæ taxantur, & ſuper quantitate taxata defertur (niſi ſit prava ſumma, e. g. *infra 20 aureos Rhenenſes*) juramentum, ei cui adjudicatæ ſunt; quo præſtito condemnatus eam cogitur refundere, quantacunque ſumma ſit. *Gail. ibid. n. 12.*

De impugnatione latæ ſententiæ.

CAPUT XXXIV.

I*Mpugnatur ſententia* tam quæ tranſiit in rem judicatam, quam quæ non tranſiit. Et quidem vel *ex meritis ob iniquitatem:* vel *ex proceſſu, ob nullitatem.*

Ex meritis ſententia quæ *in rem judicatam non tranſiit* impugnari ſolet, ſive à judice, ſive ab arbitrio lata. Illa impugnatur *appellatione*, vel *ſupplicatione:* hæc *reductione ad arbitrium boni viri.*

Quæ tranſiit, à quocunque lata ſit, impugnatur *reſtitutione in integrum.* Sive autem in rem judicatam tranſierit, ſive non, impugnari poteſt *per viam nullitatis.*

Appellatio & ſupplicatio à ſententia, quæ non tranſiit in rem judicatam, effectu eadem eſt.

Differunt

Differunt tamen in eo. 1. Quod appellatio remedium eſt ordinarium, ſupplicatio extraordinarium, *Marant. de appell. n. 18. Rebuff. de ſuppl. q. 6. in fin.* 2. Ubicunque licet appellare, non licet ſupplicare, *Mar. eod. n. 13. Rebuff. eod. q. 2.* 3. Licet quidem ſupplicare ab eo judice, à quo licet appellare, ſed non viciſſim: imò à quo judice appellatio non permittitur, ab eo permittitur ſupplicatio: *l. 1. C. de off. præf. prat. Mynſ. cent. 4. obſ. 68.* 4. Licet ab eodem, ad eundem (à malè informato ad informatum melius,) ſupplicare, *Mynſ. cent. 6. obſ. 15.* appellari ad eundem non poteſt, *c. 2. de conſ. in 6. Batr. in c. dilecti, & ibid. Dec. n. 21. De appell.* 5. De Jure Communi appellatio fit ab inferiori ad ſuperiorem, qui & ipſe ſuperiorem agnoſcit; ſupplicatio ab eo quidem qui agnoſcit ſuperiorem, ſed talem qui alium ſe ſuperiorem non agnoſcit. Uſus tamen admittit ſupplicationes ad eos, qui ſuperiores agnoſcunt.

Communia, appellationum & ſupplicationum ſunt. 1. Quod utraque licita ſit cuique, exiſtimanti ſe judicis ſententia gravatum. 2. Utraque *Mynſ. cent. 6. obſ. 15. Gail. 1. obſ. 139.* debet interponi intra dies decem, à die latæ ſententiæ, *Gail. d. obſ. 129. n. 5. Mynſ. cent. 5. obſ. 95.* aut certè à die ſcientiæ, *Socin. reg. 490. Spec. de app. §. reſtat. n. 1. Quod tempus neque permiſſu judicis,* Gail. d. obſ. 139. n. 6. *neque conſenſu partium,* Mynſ. cent. 2. obſ. 68. *prorogari poteſt.* 3. Per utramque ſententia ante lata confirmatur, vel reformatur.

Propria appellationis ſunt. 1. Appellari poteſt à quocunque judice, ſive ordinario, ſive delegato: *c. omnis. c. ad Rom. e. g. 6. Duen. reg. 45.* (*Excipe præfectum prætorio, à quo tantum licet ſupplicare*

 l. un.

l.un.C.de ſent.præf.præt.)ab inferiore,(gradatim tamen, *l.21.De appell.* ad proximè ſuperiorem, *Socin.)reg.* 39. *Damaſ.reg.*74. à delegato ad delegantem:*Gail.* 1.*obſ.*121.*n.*2.

2. In quacunque cauſſa, *Socin. reg.*40. *Dias. reg.*35. & à quacunque ſententia, etiam interlocutoria. Sed Jure Civili ab ea non aliter, quam ſi contineat gravamen irreparabile:*Gail.* 1.*obſ.*129.Atque hoc in cauſa civili,& criminali: *l.6.ff.l.29.l.30. C.de appell. Cæpol.caut.*2. Jure Canonico à quocunque gravamine,*c.1.de dilat. c.ex parte de app. Benin.dec. Bonon.*79.*n.*1.

Conſuetudine deſierunt poſtea appellationes in criminalibus, *Gail.*1.*de pac.pub.*20.*n.* 36. quemadmodum & in matrimonialibus.

3.Quoad formam appellationis propria ſunt. quod ita fieri debeat, ut appareat appellatum eſſe, *Mynſ.cent.*3.*obſ.*15. & quidem juſtè, *l.7.C. de appell.* hoc eſt, ritè, & idoneo tempore; *Maſcard.de prob.concl.*114.*n.*2.*vol.*1.

Sufficit autem eam fieri ad judicem competentem; Etſi is diſertè non nominetur.

Petendi apoſtoli, h.e. dimiſſoriæ literæ de appellatione teſtantes, ut acta à priori judice mittantur ad eum ad quem appellatum eſt. Jure communi concedendi intra 30 dies, *l.* 24. *C.de appell.*à die interpoſitæ appellationis, *Hoſt. in c.cordi.de appell.in* 6. Vel à die latæ ſententiæ, *Mynſ.cent.*4.*obſ.*36.

Iis omiſſis appellatio habetur pro non facta,*Clem.quamvis de appell. Bart.in l.e.g.*6.§.6.*C. eod. Omittuntur tamen impunè in Camera.* Gail. 1. obſ.139.in fin.

A ſententia definitiva, quamprimum lata eſt,liberum viva voce appellare.Ex intervallo, non,niſi in ſcriptis; *Mynſ.cent.*3.*obſ.*15.ut & ab interlo-

interlocutoria. *Villalob. in theſ. comm. opin. lit. A. n.120. & ſeq. Niſi vim habeat definitivæ*, Gail. 1. obſ. 130. n. 5.

Idque vel coram judice à quo; vel, ſi is haberi nequeat, coram Notario & teſtibus, cui ſchedula appellationis exhibeatur, quæ poſtea à Notario, inſtrumento ſuper appellatione conficiendo, inſeratur, *Mynſ. cent. 4. obſ. 45. Villal. de lit. A. n. 123.*

A definitiva ſimpliciter; *Socin. reg. 25. Duen. reg.* 48. Ab interlocutoria non niſi gravamine in ſchedulâ appellationis expreſſo, *l. c. cordi. de appell. Socin. reg. 30. Cap. Thol. q. 317. Duen. reg. 47.* appellare licet.

Tempus introducendæ, & proſequendæ appellationis fatale dicitur.

Illud, (*hoc eſt, introducendæ appellationis*) jure communi eſt anni, *Menoch. de arb. jud. q. l. 1. caſ.* 446. (*Quod & hodie in pleriſque conſiſtoriis obſervatur.*) In Camera menſium ſex, *Mynſ. d. obſ. 15. cent. 6. obſ. 12. Sed & aliquando Iudex à quo præfigit appellanti certum terminum.*

Sive autem ab homine, ſive à lege interpoſitum ſit, computatur, non à latæ ſententię, ſed interpoſitæ appellationis tempore, *Gail. 1. obſ. 140. n. 1.*

A lege interpoſitum judex à quo minuere poteſt, non prorogare, *Gail. d. obſ. 140. n. 1.* A judice ad quem utrumque fieri poteſt, *Gail. d. obſ. 140. n. 7.* Ab homine interpoſitum prorogari poteſt, ſed non ultra fatale legis, *Gail. d. obſ. 140. num. 3.*

Proſequendæ appellationis tempus computant vulgo à tempore interpoſitæ appellationis: *Vultejo potius videtur computandum à tempore introductæ, vid. Gail. 1. obſ. 141.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

De jure communi eſt anni, ex cauſſa etiam biennii: Intra quod tempus, niſi cauſſa appellationis finiatur, pro deſerta habetur, *Auth. ei qui. C. de temp. app. Marant. de appell. q. 3. n. 217.*

Quod in Camera, & aliis Curiis non tam exactè attenditur, *Mynſ. cent. 3. obſ. 54.*

Solent tamen fatalia ad petitionem partis ante lapſum fatale à judice ad quem ex juſta cauſſa prorogari, aut fatale aliud impedito concedi, *Gail. 1. obſ. 91. & obſ. 141. Villal. d. lit. A. n. 127. & ſeq.*

Poſt fatale elapſum, ſententia tranſit in rem judicatam; conceditur tamen & petenti, ex juſta cauſſa, in integrum reſtitutio, *Mynſ. cent. 3. obſ. 54. & 4. obſ. 98.*

Pauperi (*ob paupertatem*,) fatalia non currunt, *Gail. 1. obſ. 142.*

4. In forma procedendi in cauſſa appellationis eadem ferè obſervantur, quæ in proceſſibus primæ inſtantiæ, eumque habent effectum, ut nondum deducta & probata deduci & probari poſſint, *l. 4. C. de temp. app. Socin. 396.* Ita tamen ne aliud in cauſſam appellationis immiſceatur.

In appellatione, ab interlocutoria, nihil planè novi produci poteſt, *clem. appellati. de appel. Bart. in l. ejus qui. n. 8. De app. recep.* A definitiva etiam novæ aſſertiones fiunt, *d. l. 4. Binder. de reviſ. concl. 16. n. 1. & ſeqq.*

Effectum habet appellatio. 1. *Suſpenſivum*: ſiquidem judex à quo, ei detulerit; h. e. eam admiſerit, *Dias. reg. 37. Gail. 1. obſ. 144. n. 1. & obſ. 148. n. 10.*

Admittere autem debet juſtas, etiam dubias, non planè frivolas, *Menoch. de arb. jud. q. l. 2. caſ. 197. n. 1. Benin. deciſ. Bonon. 1. n. fin. Gail. 1. obſ. 81. n. 11.* Si

n. 11. Si non detulit non quidem appellatio effectum habet; ſed inhibitio, quam judex ad quem decernit, *C. non ſolum. de appell. in* 6.

2. *Devolutivum*, quem operatur, ſi doceatur legitimè factam, & cauſſa ſit ejuſmodi, ut ad judicem ad quem, potuerit appellari, *Cacher. dec. Pedem.* 131. *n.* 10.

Propria Supplicationum ſunt, quod. 1. de Jure Communi non ſupplicatur, niſi ab eo, à quo aliàs appellari non poteſt: *Afflict. dec. Neap.* 356. *Gramma. dec. Neap.* 35. *n.* 4. 2. Neque tempora introducendæ, & proſequendæ appellationis in ea ita definita ſunt. 3. Neque ſolenni in eâ proceſſu opus eſt, ſed ex actis prioribus omninò judicatur, conceſſo tantum parti ſupplicanti ut in ſcripto uno gravamina ſua exhibeat, eaque, ſcripto uno, ſi poteſt, ſupplicatus confutet. Ita tamen ut ſcriptum utrinque ex actis prioribus deducatur. 4. Non habet regulariter effectum ſuſpenſivum; ſed, eâ non attentâ, procedit executio. (*Eſt autem ſupplicatio ea quæ hodie Reviſio* dicitur, *de qua vid. Bender. in tr. de reviſ.*)

Reductio ad arbitrium boni viri, eſt à laudo arbitratoris ad judicem competentem, (*hoc eſt, eum qui judex fuiſſet ſi in judicio actor litigaſſet*) *Mynſ. cent.* 2. *obſ.* 61. provocatio, *Gail.* 1. *obſ.* 149. *num.* 2.

Quæ in effectu cum appellatione eadem eſt, l. 32. §. 14. De recep. arb. Roman. conſ. 625. n. 3.

Cum autem laudum intra xxx annos in rem judicatam non tranſeat, intra xxx annos à die laudi reductio peti debet, poſt eos amplius non admittitur, Gail. 1. obſ. 150.

Reſtitutio in integrum adverſus quamvis ſententiam, etiam laudum homolegatum, peti poteſt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

poteſt; Sed (*cum ſit remedium extraordinarium*) *Decian. conſ.* 18. *num.* 238. *vol.* 1. non conceditur, niſi ex urgenti cauſſa. In ea multa ſunt ſingularia, & expeditur potiſſimum officio judicis.

Petendam puto intra quadriennium, ſi major ſit contra quem lata, à tempore latæ; ſi minor, à tempore quo major factus fuerit, computandum, *arg. l. fin. C. de temp. reſt. in int. Decian. d. conſ.* 18. *n.* 252.

Via nullitatis eſt, qua quævis ſententia, etiam quæ in rem judicatam tranſiit, impugnatur, contra juris ordinem facta.

De eâ intra xxx annos à die latæ ſententiæ agi poteſt, non ulterius, *Gail.* 1. *obſ.* 127.

Deducitur ſententiæ nullitas. 1. *Principaliter*, ſi in petitione dicatur ſententiam, & proceſſum eſſe nullum, ejuſque reſciſſio petatur abſque mentione appellationis.

2. *Incidenter*; quod fit, ſi appelletur disjunctim; hoc modo; *dico ſententiam nullam eſſe, & ſi qua eſt, appello, vid. Vant. in tr. de nullit. ſen. c. quot & quib. mod. n.* 10. *& ſeq.* Priori caſu, ſi evidens eſt, etiam ante litem conteſtatam de eâ judex pronuntiabit. Altero caſu nullitas ſimultaneo proceſſu, unà cum appellatione, ſive iniquitate, tractari & expediri debet, *Mynſ. cent.* 4. *obſ.* 63.

Et de ea etiam pronuntiare judex debet, etſi appellatum ſit non factâ ejus mentione; ſi quidem notoria eſt, *Panor. & alii in d. c. dilecti. Mynſ.* 1. *obſ.* 20.

Si evidens eſt nullitas, executio ſententiæ ſuſpenditur: *Bart. in l.* 4. §. *condemnatum. De re jud. Graſſ com. opin. libr.* 2. *c.* 23. *q.* 35. *Cravet. conſ.* 208. *n.* 8. Si non eſt; mandatur quidem ea executioni, ſed retractatur poſtea, ſi pro nullitate pronun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

pronunciatur, *vid. Socin. reg.* 163. *Dias. reg.* 255. *Cap. Thol. q.* 431.

Judex qui manus ſibi præcluſit, ſententiam à ſe latam non exſequitur; niſi juriſdictio ipſius, quoad illam cauſſam à ſuperiori reſuſcitetur. Si non præcluſit; eam exequitur pro arbitrio; niſi à ſuperiori id ſit inhibitum.

Cui mandato, ſi judex inferior non paret, quæ ab ipſo fiunt revocantur, ut attentata.

Inhibitio regulariter non decernitur, ſi appelletur ab interlocutoriâ. Niſi vim habeat definitivæ, aut gravamen irreparabile contineat. Decernitur, ſed petita, ſi à definitivâ appelletur, *vid. Gail.* 1. *obſ.* 144. *Mynſ. cent.* 3. *obſ.* 87.

De extraordinariis judiciis.

CAPUT XXXIV.

EXtraordinaria *judicia* ſunt, in quibus ordo procedendi à jure conſtitutus non obſervatur exactè, *vid. Clem. ſæpe. ubi Gl. & Dd. de V. S. Spec. de off. jud.* §. *poſtremo.* Obſervanda tamen etiam in his ſunt quæ à natura deſiderantur: *e.g. implorationes judicis, citationes, probationes, ſententiæ.*

Extraordinarium itaque judicium eſt ratione proceſſus.

Quæ ita tractantur cauſſæ dicuntur ſummariæ, *Marant. diſt.* 9. *n.* 2. *& ſeqq.* Quas recenſet *Gl. in l.* 3. §. *ſciendum.* 9. *ff. ad exhibend.* ſuntque hæ potiſſimum.

1. Cauſſa diffamationis, *Gail.* 1. *obſ.* 12. 2. Exonerationis mandati, *Gail.* 1. *obſ.* 46. 3. Dotis, *Mynſ. cent.* 3. *obſ.* 2. 117. 4. Miſerabilium perſonarum, *Gail.* 1. *obſ.* 78. 5. Carceratorum, *Gail. d. obſ.* 78. *n.* 2. 6. Mandati de relaxandis captivis, *Gail. d. obſ.* 78. *n.* 3. 7. Executionis, *Gail.* 1. *obſ.*

113. *n.* 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

113. *n*. 18. 8. Puncti liquidationis, *Gail*. 1. *obſ*. 68. *n*. 7. 9. Cauſſa reſtitutionis ob lapſum fatalium, *Gail*. 1. *obſ*. 143. *n*. 6. 10. Pignorationis, *Gail. de pign*. 21. *n*. 2. 11. Alimentorum, *Marant. diſt*. 9. *p*. 4. *n*. 168. 12. Honorariorum & mercedis, *l*. 1. *De extraord. cogn*. 13. Cauſſa poſſeſſorii momentanei proceſſus, *Gail*. 1. *obſ*. 7. 14. Actio ad exhibendum, *d. l*. 3. §. 9. *ff. ad exhib*. 15. Cognitio ſuper intereſſe ejus qui judicio intervenit, *Gail*. 1. *obſ*. 12. *n*. 2. 16. Petitio poſſeſſionis ex Edicto Carboniano, *l*. 3. §. *cauſæ*. *ff. de Carbon. Edict*. 17. Petitio miſſionis in poſſeſſionem ventris nomine, *l*. 3. §. *ſi ea*. *De vent. in poſſeſſ. mitt*. 18. Petitio miſſionis in poſſeſſionem abſente reo ex primo decreto, *l*. 2. *C. ubi in rem. act*. 19. Commiſſiones teſtium ad perpetuam rei memoriam, *Gail*. 1. *obſ*. 94.

In ſumma, omnes omninò proceſſus natura ſua ordinario proceſſu expediendæ, ſi ex mora ſit periculum, ſi partes conſentiant, ſi cauſſa ſit notoria, ex incidenti fieri poſſunt ſummariæ. Econtrariò, ſi partibus placeat, cauſſæ, quæ aliàs ſummariè tractari ſolent, poſſunt agitari proceſſu ordinario.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 3